

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

In libr. I. notæ

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

LAMP. ALARDI IN
VALER. FLACCI
ARGONAUTICON
LIBR. I. NOTÆ.

VERS. I. PRIMA DEUM MAGNIS CANI-
MUS FRETA PERVIA NAUTIS) Mirè
frontispicium operis Valeriani à Gramma-
ticis, ipso etiam Scaligero lib. VI. Poetic. exa-
gitatur. Joann. Scoppa apud nullum autorem se legere
meminit, qui fuerint Magni nautæ Deum, ideoq; au-
daci calamo emendat: Natis. Ridiculè! Aldus hunc se-
curus item Natis substituit: Grotius item ad Scali-
gerum vel potius Aratum. Et eam sententiam pleri-
que hæctenus amplexi. Ego constanter Magnis Deum
nautis legendum censeo. DEORUM ENIM SUNT:
quia apud veteres maria & freta Deorum vi regi crede-
bantur. *Virg. lib. V.*

*Dii quibus imperium pelagi, quorum equora
verro.*

Stattius Papinius Achilleid. I.

Ex quo jura freti majestatemq; repostam

Rupit Jasoniâ puppis Pegasæa carinâ.

Pedo apud Senec. Trag.

aliena quid equora remis

Et sacras violamus aquas, Divûmq; quietas

Turbamus sedes?

Sunt ergo Deum nautæ quia eorum imperio Minyæ
iverunt ad iter & pontum aperiendum. Noster lib.
V. v. 502.

Deûmq;

Nos genus atq; rarem magnæ sensere Minerva.

C

Et

Et Pallas apud eundem v. 661. d. libr.

Juvimus & magnis aliquā spem movimus ausis

Hinc fatalis militia Hygino fab. XIV. Hic augurio prudens quamvis pradicentibus avibus irorē sibi denuncians intellexit: fatali tamen militia non desuit. Sic freta nonnulla innavigabilia Deorum potestate teneri dicebantur, ne ab hominibus navigarentur. Arrianus in fine Periply Erythraei: τὰ δὲ μὲν τὰς τόπας τὰς Διὶ πᾶσι θεοῖς ὑπερβαλὸς ὑπερβαλὸς καὶ πείρας μείζους δυσβάπτουσι τόπων οἷα καὶ θεῶν πρὸς αὐτοὺς ἵεῶν ἀγερῶν ἔστιν. Nec minus Imperium undarum Deis, quam caeli ipsius esse arbitrabantur. Noster hoc libro:

Dii quibus undarum tempestatisq; sonora Imperium, & magno penitus par regia caelo.

MAGNIS autem rectè dicitur; quia quod Deorum erat Sacrum habebatur, ideoq; Magnum. Poni enim Sacrum pro Magno etiam Medicorum filii norunt et Anatomicis, qui *Os Magnum* corporis humani, vocant *Sacrum*. Sed audi Scholiasten Apollonii lib. I. ad vers. 1019. ἰσθὲ δὲ Φωπίζουσα) τὰ μεγάλα, inquit, δὲ Φήμιος ἰσθὲ καὶ καλὰ Φωσὶν' ὡς καὶ τὰς Ἑλληνίους. Εὐρυπιδος' καὶ τὴν λαμπρὴν λέγουσιν' οἱ δὲ καὶ νόσον ἰσθὲν ἐκάλουν, ὡς καὶ Καλλιμαχῶ. Ἰσοδόμοι ἰσθὲν Φημιζουσα. Et huc facit illud Alcibi Parerg. lib. II. c. 3. *Magnum*, inquit, diem appellamus qui longis periculosisq; laboribus finem imponit, quod celebrè valde in hominum memoriâ versetur. Cornel. Tacitus vitâ Agric. *Transigite cum expeditionibus imponite autem quinquaginta Magnum diem*. Eâdem ratione magnum Nautas dicit Valer. qui primi navigare cœperunt. Quid si Natis hâc legeremus? Numquid enim Jasonis comites ejus, soli vel præcipui nati Deorum fuerunt Magni appellarentur, præ reliquis? Ridiculum. PRIMA ponitur, pro primitiis vel primò, Græcis enim

adver

liberū sum neque
nost, qui parum et
con, in pennis, quo
trimes poterant,
perno.

V. 3. FAT

loqui et παύλα

chibus. Habebat e

é quere Delonad,

pollon lib. & IV.

Colōnada p. 90. T

phocles Trachinili.

in ep̄a ἀνδρῶν &

III. ἰσι Ἀργῆς ἰ

Orpheus Ἰδαίου &

Meteb:

Orpheus tacitū

ἰσθὲν vocem p

Cicero Patrogr

Isre Chaoma

lim alio:

In magis cel

Argois tr

Nec nemo

Robora.

Arbore

V. 3. A

est. Ille enim

Italiæ sep̄

Porro ibidem

anulatio voca

adverbii usum neutro genere pronuciari nemo non novit, qui parum etiam Græcè novit. Τα πρώτα, inquit, vel prima, quod scilicet maria quæ primum soli Dii trajicere poterant, hominibus quoque pervia esse cœperunt.

V. 2. FATIDICAMQUE RATEM) Fatidicum loquax & πολύγλωσσος dicitur, ut observavit J. Parthasius. Habebat enim navis Argo Loquacem Malum è quereu Dodonæâ, quæ Minyis loquebatur. Vide Apollon. lib. I. & IV. Et meminerunt ejus rei Lycophron Cassandrâ p. 90. Philostratus in imaginibus. Sophocles Trachiniis, Æschylus citante Philone in tractatu, πάντεσσι περὶ αὐτῶν &c.

Πῶς δ' εἰς Ἀργῆσιν ἰερόν αὐδάζον ξύλον
Orpheus: ὄλαλον Ἀργῶ & λάλον τρέπτει appellat. Seneca Medea:

Orpheus tacuit torpente tyrâ

Ipsaq; vocem perdidit Argo.

Claud. in Panegy.

————— rursusq; locuta

In te Chaonia moverunt carmina quercus.

Idem alibi:

————— licet omnia vates

In majus celebrata ferant, ipsamq; secandis

Argois trabibus jactent sudasse Minervam,

Nec nemoris tantum vinxisse carentia sensu

Robora, sed caso Tomuri Jovis augure luco,

Arbore presaga tabulas animasse loquaces.

V. 3. AUSA SEQUI) ad imitationem Virgiliti est. Ille enim lib. V.

Italiam sequimur fugientem & volvimur undis.

Porro ibidem: Inter juga concita cursus rumpere, est translatio vocum. Dicendum enim: mediis juga

cursu interrompere. Concita autem ad celeritatem
Symplegadam referendum, Infra lib. IV.

--- *Illā volans tenui per concita saxa
Luce fugit.*

v. 4. RUMPERE, FLAMMIFERO TANDEM
CONSEdit OLYMPO) Festino cursu mare fecabat
Argo, quod RUMPENDI verbo elegantissime circum-
scribitur. Sic Claud. de bello Getico:

*Intacti cum claustra freti cœuntibus equor
Armatum scopulis audax irumperet Argo.*

Statius Achill. I.

*Ex quo jura freti majestatemq; repostam
Rupit Jasoniâ puppis Pegasea carinâ.*

Pariter Sidon. Apollin. de Xerxe:

————— cum stagna superbo
Irrupit temerata gradu —————

Porro FLAMMIFERO OLYMPO RATEM CONSE-
DISSE dicit, quia Argo inter sidera relata. Hinc
Noster v. 305.

————— nec fatidicis avellere silvis
Me nisi promisso potuit Saturnia cœlo.

Et lib. V. v. 293.

*Pallas ait; liceat Graiis ut reddere terris
Æsonium caput, & puppē quam struximus ipse
Factatam tandem nostro componere cœlo.*

Hinc Manilius eleganter illam Navigare astris dicit,
lib. V.

*Et ratis Heroum que nunc quoq; navigat astris
Fluminaq; errantis latē sinuantia flexus
Et biferum cerum squamis atq; ore tremendo.*

Navigat autem in cœlo, quia ita adumbrata videtur.

Non

Non enim tota apparet, sed pars inferior versus polum
Antarcticum etiamnum fluctibus videtur contexta.
Vela autem pansa. Germanicus :

— *qua debet reddere proram*
Intercepta perit, nullâ sub imagine formæ
Puppis demisso tantum stat lucida clavo.

v. 5. PHŒBE MONE) Apollonii Scholiastes
lib. I. Ἰθ' ὁ δὲ τῶν ἡρακλειδῶν. Arati Scholiastes :
Ἰθ' ἢ δὲ τῶν τοῖς ἀρχαίοις φιλοῦσι εἶναι ἰπτικῆς ἅπαντι
δὲ τῶν ἡρακλειδῶν ὡς καὶ πάντων ἀνθρώπων τῶν καλῶν οὐκ ἔστι
Philostratus Ἡρωικῆς : Το μὲν ἦτες ἡγεμόνας εἶναι τῆς ποιη-
τικῆς εἶναι τῆς πύσης αὐτῶν οἱ ποιηταὶ ὁμολογεῖν. Plin. lib.
II. Ep. IV. Proinde jure vatium invocatis Diis, & inter
Deos ipso, cuius res, opera, consilia ducturus es immitte
rudentes, pande vela, ac si quando aliis toto ingenio ve-
here. Corippus lib. I.

Officio quocumq; datur præcommo linguam
Vos Divæ date verba, & quæ Vigilantia mater
Et quæ summa regens Sapientia respicit orbem
Vos mihi pro cunctis dicenda ad carmina Musis
Sufficitis.

Apollon. lib. I. Αεχ' ἔμμε' οἷο φοῖβε. Quod Maro in Pa-
lizmonem transferens dixit : A Jove principium.-----

v. 5. SI CUM ME MIHI CONSCIA VATIS)
An Cumææ vel Cymææ legendum aliis disputandum
relinquo. Carrio satis hoc defunctus est. Sensem au-
tem plenè non capio. Forsan mysterium aliquod latet.
Illos autem proximè sententiæ accessuros arbitror, si
qui dixerint Sibyllinorum Carminū aliquod vel expli-
casse, vel laudasse Valerium, vel interpretatum castâ
(hoc est sanctâ) ponitur enim multoties apud scripto-
res hoc pacto) domo adhuc pressisse. Solent enim

Vates operum veterum meminisse initio novorum
Papinius Achilleide.

*Tu modo si veteres digno delevimus haustu
Da fontes mihi Phœbe novos, ac fronde secunda
Necte comas.*

Sed non verebor adscribere *Clar. Barthii sententiam*
lib. LIII. Adv. Quid enim vetat in communi causâ,
communes audire sententias? Ille igitur: Poëtz cum
feliciter carmen scriberent, domi se tripodem aut Cor-
tinam Apollinis habere dicebant, ut Sphingem illam
Cicero se non habere domi dicit, eum ad objecta *inigi-*
mata respondere negat. Sidonius lib. IIX. Epist. IX.

Et me scribere sic subinde cogis

Ac si Delfica Delio tulissem.

Instrumenta tuo, novusq; Apollo

Cortynam, tripodas, Chelyn, Pharetram,

Arcus, Gryphas, agam: duplex frontis

Hinc baccas quatiâ, vel hinc Corimbos.

Et hinc capiendus ille apud Valerium Flaccum locus
lib. primo,

*si Cumæa mihi conscia vatis
Stat castâ Cortina domo.*

Hoc est, si eo me honore dignaris ut domi meæ me adflu-
tu Poëtz donas, & talis pectus meū subeas, qualis olim
castam illam vatem, cujus fama tuâ gratiâ est perpetua.
Et si ego tua mysteria castè atq; ut fas est celebros, teque
familiare mihi & domesticum Numen non minori re-
verentiâ colo, quàm olim Sibylla, quæ eusm gratiam
faventissimam promerita est. Alludit autem scriptor
& ingenii minimè vulgaris ad Virgilianum illud E-
logis:

Cumæa venit jam Carminis ætas.

Et vatem se exinde Vespasiani rerum & Domitiani futurum vovet & pollicetur. Nam quæ Sibyllinis carminibus de Christo varicinata erat illa, ea Vulgus ad Vespasianos ducebat, qui Judæis domitis Romæ imperarunt. Svetonius de iisdem temporibus: *Percrebuerat Oriente toto vetus & constans opinio, esse in fatis ut eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano, quantum postea prædictum patuit, Iudæi ad se trahentes, rebellarent.* Tacitus lib. V. Historiarum: *Fluribus persuasio inerat antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore ut valesceret Oriens, profectiq; Iudæa rerum potirentur, qua ambages Vespasianum & Titum prædixerant.* Hæc verò gnarus in Sibyllinis etiam oraculis extare, se eorum conscium facit & Vespasianus res gestas ex Vatum libris cantaturum se ait Valerius Flaccus. Nempe Vespasianum eum principem esse, qui tanto tempore antea sit prædictus, sese autem esse eum qui carmina Sibyllarum illa possit interpretari. Hæc ille.

v. 6. SI LAUREA DIGNA FRONTE VIRET)
Existimo veteres cum versus scriberent, solitos esse Coronâ se redimere. *Hinc Stat. III. Thebaide:*

*Hæc gemini vates sanctam canentis oliva
Fronde comam & niveis ornati tempora vittis.*

Ita Poetæ versus condituri auspiciato fronde se coronabant, Deos sibi hac quasi religione conciliantes. Qui ergo de Athenis & Minerva canebat, Olivâ caput comabat: *Horat. II. Ep. I.*

Fronde comas vincti coenant & carmina dicant.

v. 7. TUQUE Ô PELAGI CUI MAJOR A-
PERTI) Vespasianum patrem intelligit, Domitianum neutriquam. Neq; enim Domitianus Britannix victor fuit. Per prolem autem v. 12. Domitianum Vespasianum accipit. Nam & pater & filius idem nomen habuit, ut est videre apud Plinium lib. II. ubi Imperatoribus

bus Vespasianis suum opus inscribere. Videtur autem Poëta hac allocutione blandiri Patri & filiis; quod in filiorum laudatis carminibus apertè prodit. Id quod Juvenalis æmulationis Zelo in Flacco carpit. Cujus rei aperta indicia inferius videbis. Uterq; enim Poëta principatu Vespas. clarus fuit, quamvis gratiâ dispari.

V. 9. PHRYGIOS PRIUS INDIGNATUS JULOS.) Naves Trojanas intelligit: Juli enim remi vocantur. Unde Lycophron v. 23. Naves Paridis Ἰσλοπίδες appellat ob multiplices remos. Est enim Ἰσλο animalculum multipes. Scholiastes Apollonii lib. I. ad v. 972. Λίγαι δὲ Ἰσλοὶ καὶ ζῶν πηχεῖδιον πολύπυρον ἑκατέρωθεν φέρεται ποδῶν ποδῶν ὡς αἰετὶ ἢ πολέπενδοσ. Ubi tamen ἠελίοιοι πλεονάζει non ab interprete sed à Glossographo, quod observat J. Meursius. Eo modo Suidas dixit Ἰσλοπίδα ἡναῦς, quod sententiam nostram valde confirmat. Alii tamen per Phrygios Julos intelligi volunt Juliam Casarum domum, quæ tum temporis jam extincta erat, quam Poëta deprimere videtur, ut Britanniarum imperium fato quodam Vespasianis primè debitum per adulationem extollat: Quos inter est Barthius in Adv. lib. XXVI.

V. 10. ERIPE ME POPULIS.) Poëta cum conciperent egregium carmen, cælo se levare arbitrabantur, & crasso turbulentoq; æri eximi, divisq; accedere. Sic de Pindaro Horatius lib. IV. Od. II.

*Multa Dircaum levat aura cygnum,
Tendit Antonî quoties in altis
Nubium tractus.*

Et in tales post obitum commutari dicebant, vel credere saltim videri volebant. Testis idem Hor. lib. II. Carm. XX. Porro ET HABENTI NUBILA TERRÆ, ad obscuritatem referendum. Nam per Cælos gloria

per Terentii obitum
Jovis Balan.
V. 17. VESPASIANI
Judicam per Iam
Eg. II. ad Domitian
per Idumæos reges
II. III.

Panferam, senex
autem omnino
Utrunq; enim
Poeta fuit
de Domitiano Sibus
Martia, Corn. Tacit.
Poeta magnus habet
Quæ & Romulus
Quis erit eloquio
Musa

Sacriferent, melior
Et venit Rhodope
per prolem Domit.
Tum autem intelligi
Tus enim patrem
tando confita.
Tus cantabit everlam
tam eam eventem
dorem nuncupabit
tialis ad Domit.
Frater Idumæos

Quæ dicitur
Porro de Vespasiano
laudibus cæli meritis
lib. III.

riam, per *Terras* obscuritatem capiunt Poeta, ut notat Doctiss. Juvenis Bulæus.

V. 12. *VERSAM PROLES TUA PANDAT IDUMEN*) Judæam per Idumen intelligit, ut Mart. lib. II. Epigr. II. ad Domitianum.

Frater Idumæos referat cum patre triumphos.
Sil. lib. III.

Palmiferamq; senex bello domitabit Idumen:
Pro *Pandit* autem omnino legendum *Pandat*, hoc est, canat. Utrumq; enim filium Vespasiani eminentissimum Poetam fuisse testes sunt de Tito Tranquillus, de Domitiano Silius, Papinius, Quintilianus, Martialis, Corn. Tacitus, Maxime Domitianus gaudebat Poeta magnus haberi, teste Silio:

*Quin & Romuleos superabit voce Nepotes
Quæis erit eloquio partum decus: Huic sua
Musa*

*Sacraferent, meliorq; lyra, cui substitit Ebrus
Et venit Rhodope, Phæbo miranda loquetur.*

Ideoq; per *prolem*, Domitianum intelligit non Titum. Titum autem intelligit v. 14. *Ille tibi cultusq; Deû &c.* Titus enim patrem inter Deos retulit, ut ex Plinio Secundo constat. Ordo verborum hic est: Domitianus cantabit everfam Hierosolymam, & fratrem Titum eam evertentem; Titus vero tibi divinum honorem nuncupabit: de quo Josephus, Egesippus, Martialis ad Domit. citato loco:

*Frater Idumæos meruit cum patre triumphos,
Quæ datur ex Dacis laurea tota tua est.*

Porro de Vespasiano & ejus sobole armis togatisque laudibus cælum merente pulchrè Silius sub finem lib. III.

V. 13. *SOLYMO NIGRANTEM PULVERE*

FRATREM) Pulverem palæstricum intelligit. Et Metaphora est. Neq; enim pulvis sed adflatus solis inficit corpora. Eodem modo Manilius loquitur lib. IV.

*Pænis arenosis Afrorum pulvere terris,
Exsiccat populos.*

Ubi itidem Pænis Synechdochicè ponitur pro Fœnorum regione, hoc est, Africâ. Pari modo pulvere bellidixit Claud. III. Consul.

--- sic ense rubens sic flamine crebre
*Turbidus, & grato respersus pulvere belli
Armaq; gavisò referat captiva parenti.*

V. 14. SPARGENTEMQUE FACES ET IN OMNI TURRE FURENTEM) celeritatem Imperatoris declarat, qui omni in loco adesse obsessis dicitur, Sic de Catilinâ Salustius: *Cum expeditis in prima acie versari, laborantibus succurrere, integros pro sauciis arcescere: omnia providere: multum ipse pugnare: sæpè hostem ferire &c.* Sic Gunterus Ligurini lib. II. de suo patrone:

*Et nihil infectum, fieri quod postulat usus
Neglectum vé sinit, multumq; ubiq; jubenda
Pugnandoq; manu, perfecti militis usum
Officiumq; simul discreti Principis implet.*

V. 15. ILLE TIBI CULTUSQ; DEUM) Male alii illa, respicientes ad n̄ proles: Rectius Carrionis codex habet. Ille: Sæpè enim non ad vocem, sed personam fit relatio. Ita infra:

--- fratrisq; parentq;
*Progeniem, divumq; minas: hunc nam fore
Regi*

Exitio. Sic apud Curtium, duo millia crucibus affixi. Salust. V. Histôr. *Leges Valerianas compertò lege Gabini*
Bishy

Bithyniam & Pontum Consuli datam missos esse, hoc est missos milites.

Vide autem, ut Vespasiano Divinum honorem promittat. Procul dubio enim Domitiani Vespas. respexit arrogantiam, qui se Deum appellari voluit. C. Svetonius in ejus vitâ c. 13. *Pari arrogantia cum procuratorum suorum nomine formalem dicitur Epistolam sic cepit: Deus & Dominus Noster sic fieri jubet.* Unde factum postea, ut ne scripto quidem & sermone cujuspiam appellaretur aliter. Et passim adulantes ejus xvi scriptores, cum primis Martialis passim Deum vocat lib. Spect. Ep. XVII.

Crede mihi Numen sentit & ille tuum

lib. V. Ep. 5.

Ingenio fruere qui propiore Dei.

Ep. VI.

Novi tempora tu Jovis sereni

Ep. VIII. adhuc clarius ad mentem Svetoni

Edictum Domini Dei, nostri.

Minc falsè Juven. sat. IV.

--- --- *nihil est quod credere de se*

Non possit cum laudatur Diis equa potestas.

Diu post illa tempora mansit hoc Nomen etiam sub Christianis principibus, licet cultum immortalis uniusque Deo concedendum censerent. Quod cum curâ probat Rosin. Antiq. Rom. ad quem invises si lubet. Nec modo aras, & sacrificia ad modum cœlestium Deorum principibus decernebat vetustas; sed etiam rescripta eorum vocabant ORACULA Claud. de Cons. Manlii:

--- --- *Oracula Regis*

Eloquio crevere tuo, nec dignius unquam

Majestas meministi sese Romana locutam

Con.

Confer. Cassiodor. lib. I. Ep. II. Symmachum lib. X. Ep. 21. & lib. IV. Ep. 8.

v. 17. IN TYRIAS CYNOSURA CARINAS CER-
TIOR &c.) Duas urfas in Septentrionali regione in-
telligit, quarum Cynosura, minor est, sic dicta à ca-
nis caudâ inflexâ: altera Helice, major, à circumvo-
lutione dicta: Illa Sidonias: hæc Grajas naves re-
gens. Inde Poeta noster, *Grajis Helice servanda Magi-
stris.* Ovid. lib. IV. Fastor.

*Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur
Sidoniis, Helicen Graja carina notet.*

Item.

*Magna minorque ferae quarum regit altera
Grajas*

Altera Sidonias utraq; sicca rates.

Siccas vocat Poeta, quia Oceano non merguntur ut
reliqua sidera, quod è Mathematicorum scholis no-
tum est. Virgil. Georgicon. I.

*Circum perq; duas in morem fluminis Arctos,
Arctos, Oceani metuentes equore tingi.*

Noster lib. II. v. 64.

*Sed mihi dux, vetitis qui nunquam conditur
undis*

Axe nitet serpens.

Pari ratione Seneca Trag.

-- -- *donec incumbent salo*

Venti sonori, donec & siccas polus

Versabit urfas.

v. 21. HÆC UT LATIAS VOX IMPLEAT UR-
BES) Maronianum est: *Ascreum cecini Romana per
oppida carmen.* Porro quomodo initium hoc operis
Valeriani ab iniquâ Scaligeri censurâ vindicaverit
Clarif.

Clarissimus & Incomparabilis Barthius, superius vide. Per ORSA autem, opus ipsum hoc versu accipe, de quo Clariss. Gerard. Vossius lib. III. Inst. Orat.

v. 24. ILLE OTHRYN ET HEMUM, ATQUE
IMUM FELIX VERSABAT VOMERE OLYMPUM)
Ditiones regis intelligit quousq; se extenderint ad
extimum nempe cœlum. Versare hic est arare, quo-
modo Virgilius & omnes fere sumuat Poetæ. Manil.
lib. V.

*Seminaq; in fœnus sulcatâ credere terrâ,
Versatamque sequi, majori sorte receptis
Frugibus in numeris atque horrea quærere
messi.*

Versatam sequi hoc est terram. ὄρεως inquit Schol.
Ap. ὄρεως θεσσαλίας ὄψηλόν. lib. II. v. 516.

v. 30. VIRTUSq; HAUT LÆTA TYRANNO)
id est, qua non gaudebat Tyrannus. Tyrannus enim
contristatur virtute cognatorum & subditorum, qua
alii homines læti sunt. Claudian. Epitbal. Palladii:

--- --- --- & qui lætissimus urbi
Sanguis erat. --- --- ---

Sic Plautus vocem Lætum usurpat in Prol. Amphitr.
--- Ut vos in vobris vultis mercimoniis
Emendis vendendisque me lætum lucris
Afficere --- Ita Sil. Ital. lib. I. Punico-
rum :

*At Pœni succensi irâ, turbataque luctu
Et sevis gens læta ruunt ---*

Horat. III. Carm.

*Visam Britannos hospitibus feros
Et lætum equino sanguine Concanum.*

v. 38. NEC FRONTE TIMENDUS OCCUPAT)
Ardua res est & indicium perfractæ mentis, ubi ad
nequi-

nequitiam accedit constantia vultus. Juvenalis de
moechis :

----- animos à crimine sumunt.

v. 47. IPSUM EGO CUM SERUS) Credebat
veteres mortuorum animas noctu vagari, & homines
maximè inimicos noctu terrificare. Horatius
Epod. V.

*Quin ubi perire jussus expiravero
Nocturnus occurram furor,
Petamque vultus umbra curvis unguibus
Quae vis Deorum est Manium,
Et inquietis adsidens praecordiis
Pavore somnos auferam.*

Virgil. Æn. IV.

*Omni bus umbra locis adero, dabis improbe
penas.*

Propertius lib. I. Eleg. XIX.

*Non ego nunc tristes verear mea Cynthia
manes.*

Quintil. Decl. XII. Quoties facta reputavi, flagella men-
ris sonant, ultrices video furias, & in quamcumq; me par-
tem converti, occurrunt umbrae meorum. Et apud Apul.
Miles. VIII. umbra Lepolemi absterrer Charitē à nuptiis
Thrasylli interfectoris sui. Tunc (ait) inter moras umbra
illa miserè trucidati Lepolemi, sanè (vel ut Clariss. Mem-
sius legit sanie) cruenta, & pallore deformem at tollens sa-
ciem, quietem pudicam interpellat autoris. Sc. Eleganti-
simus ejusdem est locus in Apologiâ his verbis : At
tibi Emiliane pro isto mendacio, dicat Deus Superum &
inferum commeaor utrorumq; Deorum malam gratiam,
semperq; obvias mortuorum species, quidquid umbrarum
est usquam, quicquid Lemurum, quicquid Manium, quid-

quid

quid Larvarum oculis tuis oggerat, omnia noctium occur-
facula, omnia busforum formidamina, omnia sepulcrorum
terriculamenta, à quibus tamen avo & merito haud longè
abes.

v. 49. LACERA (IPSIUS UMBRA) Mortui ve-
teribus quos è medio sustulissent, truncari & mutilari
solebant, ne à manibus ipsorum infestarentur. Atque
eo modo Mutilati Laceri dicebantur. Asconius Ver-
rinà II. Lacer dicitur amputatis à corpore sensuum mem-
bris, hoc est, auribus oculisque. Festus: Lacer quod auribus
curtatis est. Lacerum, quodcumq; in corpore imminutum
est. Virgil. Æn. III.

--- --- Polydorum obtruncat & aurè
Vi potitur.

Polybius de Carthaginienfibus Κολοβάσπυτες δὲ καὶ συν-
τερίψαντες τὰ πείλη, ἐπὶ ζῶντας ἐρίψαν εἰς πῦρα τάφοι.
Sophocles Electra.

πίψαυ ἢ εἰ σοι παροφιλῶς αὐτῇ δουρῶ.
μέγα τέ δ' ἔν τάφοις δέξασθαι νέκυς,
ὄφ' ἦς θανάτων ἄτημ' ὡς δυσμῆνης
ἑμαχάλισθαι.

Apollonius lib. IV.

Ἦρας δ' ἀσπίδος ἐξέργματα τέμνε θάνοιτ'
ἢ ἤμεις ἀνέντησι δολοκτασίας ἰλέασθαι.

Scholastes: οἱ δολοφονῆντες ἀρχαίως ἀκρωτηρίαις μιστά-
πικα ἐπίκειντο & ἀναρμυμένα, καὶ ταῦτα λαβόντες ἐξέρταντο
τρεχάλας αὐτῶν. Vides ut quod veteribus Lacerare
dictum, Græcis eodem more μαχαλίξεν & ἀκρωτηρία-
ξεν vocerur. Demetrius Triclinius: ἐδοκίμησεν ἢν πῖσι
παιλαίοις ἠνίκα πῦρα διεχρήσαντο, ἀκρωτηρίαξεν αὐτὸν, καὶ
ὑπὸ τῆς μαχαλῆς ταῦτά πρήναι. τὸ δ' ἐπίκειν ἵνα ἀνίσχυ-
ρον αὐτὸν ἐργάζονται διὰ τῆς πῦρ ἀκρωτηρίαις τομῆς αὐτῶν
τῆν αὐτῶν ἀμυαίαν, ἢν οἱ νεκροὶ τὲς ζῶντας ἀμύνοισαν, ἐπειὶ
ἐπιπίμπαντες. Harpocration, Οἱ λυμαινόμενοι

πινος εἰδησι εὐκρίωται αὐτῶν & ἀπορῆ. Hesychius
 φονδῶσαντες ἐξ ἐπιβελῆς πινὰς ὑπὲρ τὴν μῆνιν ἐκκλίνας, ἐ-
 κρωθηρίσσιτις τὰ μέλας τῶτων, οἷον ὄτων, ῥινῶν, καὶ ἐπι-
 σαντες ἐκρίμωσι ἐν τῷ τρυχίλῳ ἀπὸ τῶν μαχάλων. Plenis
 fime verò eum truncandi morem videre est lib.
 EN. VI.

Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto
 Deiphobum vidi, lacerum crudeliter ora,
 Ora manusq; ambas: populatamq; tēpora rapta
 Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.
 Terentius Hecyra, Act. I. sc. 1.

--- --- ergo propterea te sedulo
 Et moneo & hortor ne cuiusquam misereat
 Quin spoliis, mutiles, laceres quenquam nacta
 sis.

Apparet & Romanis non inusitatum hunc morem:
 Quintilianus declam. XII. Laceros video manes, & trun-
 cas partibus suis umbras. Declam. XIV. Facinus quod
 dicitur inquietare superos, sidera diris agitare, carminibus,
 tumulos, busta scrutari, & amputatis cada veribus ipsas in
 scelus armare manus, fieri non potest, ut autorem suum non
 statim primo prodāt aspectu. Martialis lib. II. Epigr.
 LXXXIII.

Fœdasti miserum marite mœchum
 Et si qui fuerant prius, requirunt,
 Trunci naribus auribusq; vultus
 Credis te satis esse vindicatum?
 Et lib. III. Ep. LXXXIV.

Quis tibi persuasit nares abscindere mœcho?
 Non hac peccatum est parte marite tibi.

v. 56. ET PECORIS NEPHELÆ VELLEŒ
 GRAIO REDDE THOLO) intelligit tholos tem-
 plorum,

plerum, quibus veteres spolia hostibus dempta adfigere solebant, Deum Heroūmve Anathemata. Sunt autem *Tholi brevis scuta*, ubi ex adificiis plures trabes cœunt, interprete Iudoro libr. XIX. originum.

v. 63. ET DABAT HESTERNO LIVENTIA MELLA VENENO] significat Poeta Medeam venena melle temperasse ad Draconis epulas. Sic Maga apud Maronem papaver oblinat melle, ut avidius liguristur à pervigili serpente, Aen. IV.

Spargens humida mella, soporiferūq; papaver.
Humidum hic mel dixit, non soporiferum ut observavit Turnebus. Proinde in illo versu ejusdem.

Melle soporatum & medicatis frugibus offam
Non soporatum sed saporatum legendum. Nam si beneficium soporis in melle inesset, quid aliis frugibus opus esset? Saporata ergo offa dicitur & medicatis frugibus, non quod frugibus saporata sit sed hoc dictum puto ut illud Aen. VII.

*Ille Quirinali lituo parvâq; sedebat
Succinctus trabecâ.* Non enim succingi poterat lituo. Melle autem veteres in omni dulciario opere uti solebant, ut nos saccharo. Saccharū enim prisci non noverant. Itaq; ejus condimento saporis gratiam palato parabant, & quæ amarioris erant saporis, melle condiebant. Lucr. lib I.

*Sed veluti pueris absynthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoq; liquore.*

Cæterum quod nostram causam imprimis adjuvas mellita etiam placenta mortuis dari solebat, quæ Cerbero offerretur, ut placaretur. Suidas: *ιστέον ὅτι Μελίται τὴν ἐκ ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς ὡς εἰς τὸν Κέρβερον.*

v. 68. ANT CURRU LIT SÆVOS FRÆNASSE DRACONES

CONES CREDITUS) hoc est, aut ut ille curru frenasse
 Dracones, creditus est olim, qui primum agriculturæ
 usum adinvenit. Intelligit Triptolemum. Ille enim
 à Cerere doctus totum orbem pervagatus est, alatis
 serpentibus ante currum instructus, mortalibusq; u-
 sum frumentorum aperuit. Nam cum Ceres filiam
 quaereret, Eleusinq; perveniret, ubi Celeus eam libera-
 litè hospitio exceperat, Ceres pro remuneratione o-
 stendit ei omne genus agriculturæ. Filium etiam iis-
 dem donis instructum alatis serpentibus superposuit,
 perq; totum orbem misit ad usum frumentorum ho-
 minibus indicandum. Claud. I. de raptu:

*Angues Triptolemi stridunt & squamea curvis
 Colla levant attrita jugis.*

Quem versum in deteriorem & minus numerosum
 mutat insanâ Critices prurigine Scaliger senior hoc
 modo:

Triptolemi stridunt angues -----

Eleganter Freculphus Chron. Tom. I. lib. 1. c. 11. His
 temporibus (Pelopis Regis) Triptolemus, quem Philochorus
 ait longâ navî ad urbes accedentem, distribuisse frumenta
 & ob id dedidisse suspicionem, quod navis eius serpens pennatus
 fuerit, sive ut alii fingunt, quod iubente Cerere, anguibus
 portatus alitibus, indigentibus terris frumenta volando
 contulerit. Ado Viennensis Chron. p. 27. rejicit hoc in
 annum Mundi 3797. Hyginus fab. c. 277. Ceres fruges
 serere, boves domare & Salumno suo Triptolemo fruges serere
 demonstravit. Lutat. Placid. ad v. 658. lib. IV. Theb.
 Cum Triptolemus beneficio Cereris fruges per omnes spar-
 geret gentes. Et ad lib. XII. v. 629. Ceres à Dito filiam ra-
 ptâ dum quarit, hospitio Regis Eleusi fertur fuisse suscepta,
 cujus filium Triptolemum pro beneficii gratiâ sustulit nutri-
 endum, cui agriculturam & inveniendi frumenti artifi-
 cium Ceres ostendit, Ipse Stadius præter citata lib. IV. l. 1.

*Aetherei felix sic orbita flexit
Triptolemi.*

Nonnus Panopolita lib. XIX. v. 84.

Τριπτόλεμος ὁ πρῶτος ἔδρε Φερειστῶν ἐπὶ δὲ Φεωί.

In memoriam accepti hujus beneficii decreto totius populi Atheniensis in honorem Cereris instituta sunt sacra, quæ *Thestmorphoria* dicebantur: & à patre Triptolemi Eleuso *Eleusina*, de quibus consule Antiq. Romanarum scriptores Rosinum, Dempsterum, alios.

v. 70. FLAVA QUERCVM DAMNAVIT ARISTÁ)

Ante inventum frumenti usum, veteres glandibus vescebantur, quod & in vulgus notum. Hor. I. Sat. 3.

Cum prorépservnt primis animalia terris

*Mutum & turpe pecus glandem atq; cubilia
propter*

*Vnguibus & pugnis deim fustib. atq; ita porro
Pugnabant armis.*

Claud III. de Raptu:

Si frangunt communia pabula glandes.

Apul. Miles. II. in principio: Sive tu Ceres alma frugum parens originalis, quæ repertu latatâ filia, vetusta glandis remoto sermo pabulo, mihi commonstrato cibo Eleusinam glebam percolis. Max. Tyrius. Ἐπὶ ἔρωτ. Ἡσίου δὲ τὰ εἰς τὸν ἐπικυρῶ (φασι) βίβον αἰ τὸς Φεωί τοῖς ἀθρώποις Φήγασ ἄγχι ὄχρει. Vetus Scholiastes Juven. ad v. 57. Sat. 13.

Divitiæ autem in fragis & in glande taxabantur: & ad v. 184. Sat. 14. Quia ante homines fraga & glandes comedebant. Arnob. II. contra gentes: Sit panis ex farre, aut sit secula imitemur antiqua, ex calido cinere glandes. Juven. in princ. Sat. VI.

Et sepè horridior glandem ructante marito

Julius Pollax lib. VI. c. 7. Βυλακη Φάρι, Βυλακη Φαζαίς glandium comestores, glandes comedere. Prudent.

Ik. in Symm.

lignis melius saturatur glandibus abuis.

Postea repertis frugibus panes etiam prius coquebant
in cinere, inde in furno teste Varrone lib. I. de vitâ pop.
Rom. Primitus autem panes fiebant ex hordeo, donec
tandem à tritico & siligine.

v. 76. TU SOLA ANIMUM MENTEMQUE PER-
URIS GLORIA Verè dixit Sil. Ital.

---- fax mentis honesta

Gloria

Ovid. de Ponto El. II. l. 4.

--- Immensum Gloria calcar habet.

Et libr. Trist. V. Eleg. 12.

*Denique non parvas animo dat gloria vires
Et facunda facit pectora laudis amor.*

Porro v. 79. Incertum lego pro inceptum.

v. 81. OMNIPOTENS REGINA) Junonem
intelligit. Fabula quam intendit quæque; caput rei est, &
primam itineri ansam dedit hæc est, ita tim ab initio
operis ab Apollon. posita: Oraculo Pelias monitus erat,
ut sibi ab eo caveret quem cum altero tantum calceo ad se
venientem videret. Jason jam grandior forte in ripa A-
nauvi (Flarco est Enipeus) offendit Junonem vetule non
absimilem, quam humeris suscipiens in ulteriore fluvii
ripam transfudit atque uno in flumine calceo amisso, ad Peli-
am patrum venit: qui oraculi recordatus, veritusque, ne ab
eo interficeretur, mandavit illi expeditionem in Colchos, spe-
rans aut ab aliquo occisum iri, aut certe inter Symplegadas
periturum. Confer Apoll. lib. I. v. 5. Ex Pherecyde hi-
storia paulum aliter narratur h. p. Εθως τῶ ποσειδῶν
φθῆσιν ὁ πῶλιος καὶ ἀρεῖσι πᾶσι περιρῖνοι, οἱ δὲ ἦσαν οἱ τε ἄλ-
λοι πολῖται, καὶ ὁ Ἰάσων· ἔτυχεν δ' ἀρετρῶων ἐγγυς τῶ ἀνίπυ
ποταμῶ, ἀσάνδαλον δὲ διεβαῖναι τὸν πεταμένον, ἀλαβῆς δὲ τῶ
μὲν δίσκῳ ὑποδείται πόποδα, τὸν δὲ ἀρετρῶν ἐπιλήθηται &c.
Apollodorus in I. Bibliothecæ: ἀλαβῆσαν τὸ ποταμῶν
ἄνω.

ἀναυρον, ἐξῆλθε μονοσάγδαλον τοῖς ἔπευσι δαπλίστες ἐν τῷ ρεί-
θρῳ πίδαλον.

v. 83. IPSE EGO PRÆCIPITI TUMIDUM PER ENIPEA NIMBO) Flaccus noster Enipea ponit pro quo Apollonius Anaurum lib. I. v. 8.

Δηρὸν δ' ἔμετέπειτα τιλὸν κ' ἄβρῆν ἴσταν
χειμῆλοιο ρείθρου κίον ἄλκι ποσσὶν ἀναυρος,
Ἄλλο μὲν ἐξεσάωσεν ὑπὸ ἰλύθ' ἄλλο δ' ἐνεργε
Κάλλιπεν αὖτις πίδαλον ἐπιχόρδρον παρχοῖσιν.

Cur ergo Flaccus Enipea substituit transitus hujus mentionem faciens? Rationem mihi videor invenisset Nullam enim propriam nomen fluminis esse ullā nomenclaturā, nedum in Thessalia, sed ne in toto quidem terrarum orbe, aut or scivit: sed promiscuē voce appellativa vocari fluviolos omnes, & torrentes omnes ἀναυρος, qui perpetuas scaturigines aquarum non haberent, sed tempestatibus & repentinis imbribus nascerentur, iisque deficientibus æstate desinerent, qui interdum magnis fluminibus essent formidabiliorēs, qualem describit Ovid III. Amorum.

*Parvus eras memini, nec te transire refugit
Summaq; vix talos contigit unda meos.
Nunc ruis appositis nivibus de monte solutis
Ei turpi crassas gurgite volvis aquas &c.*

Quod autem hujusmodi fluviolos vocarint ἀναυρος testimonio sunt scholia in Apolloniū ex Theone sophocleo collecta: ἀναυρον λέγει τὸν χειμῆροιο οἱ ἦ ἐξ ὑστῶν χειμῆροιο ποταμοὶ ἔπασσιν καλῶνται. h. e. Anaurum dicit torrentem: fluviū enim qui colliguntur & constant ex pluviis sic vocantur. Quid ulterius egemus testimonis? Video tamen esse, qui fluminis nomen dicant Lucani autoritate qui Anaurum inter Thessalica flumina locavit IV. sic scribens:

*Quig nec humentes nebulas, nec rore madetem
Aera, nec tenues ventos suspirat Anaurus.*

Quibus tamen ipsis plane indicat se loqui de Torren-
te non de flumine perpetuo, cum dicit illum nec ne-
bulam nec rorulentum aera mittere, quod tamen per-
petuis & quæ semper manant scaturigine fluminibus
peculiare est, non autem repentinis imbribus auctis
torrentibus. Quod vero inter flumina illum raemorat,
fortasse Apollonii Auctoritatē secutus est cuius illud
ἐπιπέσειο πέδον ἀναύρα exprimeret voluit: tum quod
sciret Thessaliam undiq; montibus cinctam hujusmo-
di Torrentibus abundare. Obijciunt aliæ alij Calli-
machum in Dianæ hymno sic scribentem,

εἰ μὲν ἐπ' ἀχρεῖς
αἰὲν ἐδακλύειτο μελαμψηφιδῶ ἀναύρα.

— — — hæc quidem ad ripas

*Semper stabulantur nigros calculos feren-
tis Anauri*

In quæ verba Scholiastes: *Anaurum, dicit, fluvium esse
Thessalia.* Sed quia ex ipsius Poetæ verbis hoc non evin-
citur, Scholiastæ autoritas tantum non est faciendâ. Nam
de Cervis & hinnulis aliisq; hujusmodi venationi aptis
feris in genere loquitur, volens innuere eas stabulari
in ripis torrentis, aqua turbida exundantis. Idem judi-
cium esto de superius citatis locis ex Pherecyde &
Apollodoro, ubi Anauri mentio fit. Nam ut dixi ho-
mines per Anaurum nihil aliud intelligunt quàm Tor-
rentem. Quod cum Noster sciret nomen illud gene-
rale esse omnibus limosis turbidis & repentinis torren-
tibus ex imbre pluviasq; collectis, Enipea certius no-
men subdidit. Est enim Enipeus Thessaliæ fluvius, ut
apud omnes scriptores in confesso est, ipso etiam A-
pollonio teste lib. I. v. 38.

ἐφ' ὑδασι ἀπιδανοῖο
Περσίδας, ὅρα φουδρεῖς ἀχρεῖς γαῖαν.

Ἐνθα ἡδὺν ἀπιδανὸς τε μέγας καὶ δῖος Ἴνιπιδός
 Ἀμφὸν συμφορέοντα κ' ἀπέροπον εἰς ἔνιόντας.

Homericus quoq; Scholiastes XI. Odyss. eandem fabulam enarrans, Ἐνιπιδὸς ἠλιδὸν ποταμὸς καὶ Θεσσαλίας. Et Lucanus recensens aliquot fluvios Thessalitz:

----- Et gurgite raptο

Apidanus nunquamq; celer nisi mistus Enipeus!

Herod. lib VII. *Apidanus fluvius ignus è præcipitiis Thessalia est & tardè fluere dicitur, donec illi commisceatur Enipeus. Quid hoc nisi quod Apollonius supra: Ἀμφὸν συμφορέοντα κ' ἀπέροπον εἰς ἔνιόντας? Lucanus itidem:*

Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus!

Claudianus:

Sperchiosq; & virginibus dilectus Enipeus.

Muretum qui in commentario ad Propertium Enipeum fluvium Thessalitz negat ex II X. Strabonis non audimus, donec scriptores poetasq; suprâ citatos (& si pagina ferret amplius citandos) refellat, qui tamen omnes præter Strabonem unanimiter conveniunt. Anauris igitur opponuntur ἀενάοι ποταμοί. Unde de Indiâ dicit Dionysius Periegetes:

Ἀενάοις ποταμοῖσι καὶ τὸ ἔρρυτο' ἔνθα καὶ ἔνθα

In quem locum Eustathius: τὸν χειμάρρον καὶ ἔρρυτο ἀενάοις λέγει; ἀλλὰ τὸ μὴ ὁμοίως τοῖς ἀενάοις ἀόρως ἀποτελεῖν. Torrentes inquit Anauros dicunt, quod non ut cætera perpetua flumina auras efficere valeât. Deniq; ne longus simus: Colathus etiam Thebanus circa Trojam Anaurum dicit in carmine de raptu Helenæ:

Κελεῖζων δ' ἐνόμνη πάρις πατοζώια μῆλα

Ποιμαίνων ἐνάτερθεν ἐπὶ αὐροχόισιν ἀναύρε

Quod quid aliud est, quàm quod diximus, Anaurum nomen esse cujusq; Torrentis? Neq; enim in Troade fluvius habet hoc nomine: sed voluit intelligi Poëta Parin ad ripam Torrentis ores pavissæ, Ubi nota

Lapsum esse memoria virum alioqui doctissimum, Michaelem Neandrum in scholiis ad Coluthum, cum dicit in Argonauticis Pindari, quae sunt in A. Pythorum ode, Poetam fluminis Anauri meminisse. Nullus enim vocem Anauri video.

v. 89. DABIT AURATIS ET CORNIBUS IGNI) Eximias significat hostias futuras, ut taurum egregium, quibus cornua inaugurabantur Homer.

— *ἔπειτα βοὸς κέρας ἄλλο δ' ἐν ἀνθρώποις.*

v. 130. HIC INSPERATO TYRRHENI TER-
GORE PISCIS) commemorat Poeta quā picturā navis illustrata fuerit, rerum nempe ante gestarum, cum primis pugnarum, ad memoriam virorum fortitudine praestantium & ad incitamentum ducum ablatone in certamen conscriptorum: Ita Virgil.

Et circum pictis vehitur suarura Phaselis
Ovid. III. Metam.

---- *pictae dare vela carinae*

Horat. Carm. lib I.

Nil pictis tumidus navita puppibus

Fidit &c. Noseum morem, adhuc hodie servamus. Sic Paridis navis pictum in puppe Cupidinem habebat, ut ex Ovidio clarum, apud quem sic ipse Paris in Epistola ad Helenam:

Troia ceduntur Phrygiâ pineta securi

Quaeq; erat equoreis utilis arbor aquis.

Araua proceris spoliantur Gargara silvis

Innumerâsq; mihi longa dat Ida trabes.

Fundatura citas flectuntur roborâ naves

Texitur & costis panda carina suis.

Addimus Antennas & vela sequentia malos

Accipit & pictos puppis adunca Deos.

Quâ

*Quâ tamen ipse vehor comitata Cupidine
parvo*

Sponsor conjugii stat Dea picta sui.

DELPHIN autem rectè dicitur, quem alii Delfinum alii item Delfinem appellant. Optimè nota Barthius in Advarf. p. 129. Idem *insperatus* dicitur *piscis*, quia Thetis invita neq; sperans vel opinans Peleo nupsit, De quâ Homerus.

Εκ μὲν ἢ ἀπλάων ἀλιδων ἀνδρῶν δάμασσαν.

Unde porro Noster de eadem :

— Illa sedet dejectâ in lumina pallâ.

v. 137. CONTRA IGNIS VIRIDIQUE THORUS DE FRONDE) Sensus hic est: Hæc in parte picturæ, Thetis Peleo nubit, sociæq; Thetidid ponuntur: Panope, Deto, Galathea: ex adversa vel contra celebrantur ipsius Nuptiæ. Nuptias has apud Græcos Hesiodus apud Latinos Catullus descripsit.

v. 140. PARTE ALIA PHOLOE, MULTO QUE INSANUS IACHO) Centaurorum pugnam attingit, qua navis illustrata sit. *Monychi* nomen quod Poeta hîc ponit non facile apud aliam sui temporis poetam reperire est. Et hi versus sunt ex illis quos Juvenalis Sat. I. v. 11. taxans, Invidiæ Zelo in Valer. nostrum invehitur ut infra audiemus. Cæterum Centaurorum & Lapytharum pugnam Stephorus Poeta Lyricus plenius descripsit & Ovid. XII. Metam. eam narrat. Pholoë autem est mons Arcadiæ, ut Plinius & Strabo tradunt à Pholo Centauro ibi sepulto. Quod autem Rhæcus in seq. versu ponit Autor, Rhæcus legendum puto. Nam *Poë* lib. XIII. histor. var. appellatur ab Aliano: in quo integriorem esse scripturam opinor. Idem error & in aliis Poetis hæret.

v. 146. ARDENTI PERAGIT CLANIS ANTORA QUERCU) peragit hîc idem valet quæd apud

Γρῦκος κατὰ πρῶτον ἢ αὐτὸ διαρρῶτον ἢ ἔστι, frangit, sup-
rat : Similiter Ovid.

Si queras ubi sit, Theſeus latus enſe peregit.

Unde Peragere reum eſt aſtione ad Pœnam ſubvondenti
cogere. Imper. Alexander L. IIX. C. ad L. Jul. A-
dulc. Reos adulteris duos ſimul marem & ſaminam, et
eadem cauſâ fieri lex Julia de Pudicitiā vetat : ſed videri
peragi utroſq; licet. Ceterum quid Carrio per vo-
cab. Clanis intelligat, conſulas ipſum. Ego cum

Maſerio & Turnebo lego Clarum. Clanis enim apud
Strabonem lib. V. eſt fluvius : Mons, inquit, Apenninum
& Tullum & Phlygadiâ, quibus ſubiacent Vindelici, à quibus
dura Clanisq; & alii complures per valles excurrunt
fluvii in Iſtri alveum intrant. Quamvis me non ſu-
giat apud Pœtas etiam hoc nomine aliquem vocari.
Præter enim Silium, cujus teſtimonium Carrio allegat,
etiam Ovidius uſurpat lib. V. fab. I.

*Dum fortuna juvat dextram Chytiumq; Cla-
nimq;*

Item --- --- jaculum Clanis ore momordit.

Eligat quiſq; quod lubet. Non enim hæc controver-
ſia tanti eſt, ut propter eam gladius ſit accingens
dus.

v. 147. ACCLINISq; TAPETIS) Tapetes olim
ſcenis adhibebantur pro ornâmentis: iſdemq; in quo-
cunq; lautioris convivii apparatu, parietes toti inre-
gebantur. Et quia in Aſſyria præcipuus eorundem
honor primaq; ferè perſtromatum inventio, fit iccir-
cò ut Babylonica vocentur. Plin. lib. IIX. c. 48. Coloris
diverſos pictura intexere Babylon maximè celebravit, &
women impoſuit. Plautus Tricho:

*Tum Babylonica perſtromata conſutaq; ta-
peria.*

Advexit minimum bonæ rei,

His autem intexebantur effigies diversicolores, Glof-
farium vetus $\kappa\lambda\upsilon\mu\iota\theta$, id est, Vestis filis versicoloribus
contexta sive Babylonica. Plinius d.l. Aurum intexere in
eadem Asia in venit Attalus rex. Idem quoq; in vesti-
bus observabatur. Effigies istæ quæ acu intexebantur,
animalia referebant horrendæ cujusdam & prodigio-
sæ Naturæ. Interdum & veteres historias & heroës
in iis depictos adumbrabant.

v. 156. TALIA CONANTI LÆVUM JOVIS
ARMIGER) Aquilam intelligit, quæ Jovi sacra.
Rationem reddit Ovid. lib. IV. Serv. Æn. IX. Acr. IV.
Myro Poëtria $\mu\eta\eta\mu\sigma\upsilon\eta$.

Νέκτωρ δ' ἐκπέτρης μέγας αἰετὶς αἰὲν ἀφύσων
γαμψήλη φορέσσει πέτρῶν Διὶ μητόρην
τὸν καὶ νικῆσας πετρεῖον ἐγρυόπα Ζεὺς
ἀπέναιτον ποίησε, καὶ ἔργῳ ἔγκρατειασεν.

Variat Lactantius lib I. cap. XI, quem adī. Phernutus
etiam: $\text{Iscus } \delta' \text{ ὄρνις αἰετῆς, ἢ αἰετὸς λέγεται εἶναι.}$
 $\text{Ἄλτ' τὸ ὄξύταλον εἶναι τῆτον τῶν ἄλλων πτηνῶν.}$ Fuit autē a-
vis auspiciis accommodatissima ut Valerius innuit. Un-
de Festus: *Alites volatu auspicia facientes ista putaban-
tur: Buteo, sanqualis, immisissilus, aquila, vulturinus. Apud*
Pind. Ithm. Od. VI. Hercules ex aquila volatu augu-
ratur exauditas suas preces.

ταῦτ' ἄρα οἱ φαμένω πέμψεν θεὸς
ἀρχὸν οἰωνῶν μέγαν αἰετὸν.
ἀδεία δ' ἔνδον μιν ἐνιζεν χάρις
εἶπιντε φωνήσας ἀπὸ μάνης ἀνὴρ
ἔσεται τι παῖς ὃν αἰετὶς ᾧ τελαμών.

Svetonius in Augusto: *Octavianus Augustus cum li-
strum in campo Martio magnâ populi frequentiâ conderet
aquila eum sæpius circumvolavit transgressaq; in vicinam
adem super nomen Agrippa ad primam literam sedit. No-
tandum autem tam prosperum Aquilæ augurium fu-
isse, ut tam sinister quam dexter visus, bonum omem*

cenferetur. De lauo Noster habet: De dextro Xenophon lib. II. Παιδὶ τοιαῦτα μὲν δὴ ἀφίκεντο. Δι' ἄλλων νο: μέλει τῶν ὄρων τῆς ἀφ' ἧς ἐστὶν· ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς αἶρας διὰ δὲ φρεσὶς ἀσπυγίτε, ἀσπυζάμφοι: τοῖς καὶ ἤρωσι τοῖς ἀσίδα κατέχουσιν.

V. 171. CARAM CUM JAM MIHI REDDET IOLCON) Iolcos Civitas est Thessaliæ juxta Melam lib. II. c. 3. In Thessalia Larissa interdum Iolcos (si prima verba Mela sunt, de quo Pintianus dubitat) Fuit autem Iolcos urbs maritima de qua Strabo lib. IX. sic scribit Emporium Phera habent Pagasas, ab eis 90. distans stadiis ab Iolco autem 20. Iolcos jam diruta jacet. Quo ex loco Pelias Jasonem atq; navem Argo foras emisit. Pagasas autem dictas ajunt, quia eo in loco navem Argo compegerint. Juxta quosq; sunt Aphetæ civitas h. e. emissæ: quia hic emissæ fuerint Argonautæ. Homerus Iolchon vocat. Item Ovid. Metam. VII.

Victor Iolchiaca tetigit cum conjuge portu.

V. 178. FRATERNÆ FAMÆ) eodem modo dicit. quo paulo ante v. 163.

--- amplexus fraternaq; pectora jungens.

Sic enim patruorum filios, fratres appellant, quos non patruales. Catullus:

Quam matrem fratres efficere ex patruo.

Ovidius:

Quid quod avo nobis idem Pelopeius Atrem

Et si non esses vir mihi, frater eras.

V. 190. TETHIDIQ; JUVENCAM) non Juvenicum ut recentes nonnulli. Nam tæminis Deab. femina hostiæ macerabantur. Cum autem à Poetis Gr. Neptunus cognomento γαιήροξ & appelleretur q. ἐπιγῆς ὀχήμενος aut ὀχήμενος γαιῶν ut Eustath. Od. d. 68. hanc ego appellationem Flaccum circumloqui voluisset autumo versu seq. 194. & qui spumantia aura. &c.

v. 207. TOTUSQ; DEI PER LITTORA MŒPSUS)

Totus Dei id est totus Deo possessus & occupatus.
Claud.

---- totum spirant præcordia Phæbum.

Lucanus lib. V.

----- artus

Phæbadōs irrupit Paan, mentemq; priorem.

Expulit, atq; hominem toto sibi credere iussit

Pectore -----

Et Nazianzenus τῆραυται ἡ θυμὸν ἄλλ' ἵέστη μισθ-
τες.

v. 109. LAURUSQ; ROTAT) laurum Mopsus

rotat: quia laurus μαντικὸς σύμβολον ait Arthon.

ωγ. & futurorum præfensionem habere credita oli-
lim, eaq; de causâ Apollini dicata, ut patet ex Theoc.

Ep. I. & Ovid. Met. I. Noster lib. IV.

Ille ducem nec ferre preces nec dicere passus

Amplius, hic demum vittas laurumq; capessit.

Numina notâ ciens.

Hesiodus gustatâ lauru Poetam se factum & præteri-
torum futurorumque cognitionem accepisse prodiz
cum dicit.

Καὶ μοι σὴ ἦπ' τον ἔδων, δάφνης ἐρεθίλειθ' ὄζον

Δρέψαθ' ἡγητὸν' ἐπέπλοσαν δέ μοι αὐδὴν'

Θέην ὅστι κλύοιμι πᾶτ' ἐσομένοισιν ὥσ' ἐόντι.

Ubi Scholiastes ἡ δάφνη ἐνεργεῖ ὡς ἐνδυσιασμός. A

Claudio quoq; lib. 2. de raptu Proserp. — venturi
præscia laurus dicta. Apud Homerum etiam Iliad. α

Chryses vates Attridas accedit.

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἐκηβόλε δάπλωνθ'.

Eunapius in Chrysanthio. ἡ δὲ ὡς τὸ θεῖον οὐκείστῃς ἔ-
πῳς ἢ ἀπορρηγνῆσθαι καὶ αὐκολθ', ὡς ἐξήκει τὸν σέφα-
ροι ἐπιθεῖναι τῇ κεφαλῇ, καὶ ὡς τὸν ἥλιον ἀναβλέπονθαι

ἄπο μὲν ἐν φέρει καὶ τέρας ἀψιδείσ' καὶ πῶς τὸ κἀνδρὶ
 εἶδ' ἐν δὲ πινδύματ' ἄγαυαίδης. Nam hoc loco
 ἔσφαι (ut apud Homerum ἑμμυαῖα) lauream signifi-
 cat. Huc pertinent illa Capellæ lib. I. Delius q. 109. ut
 ramale laureum gestitat, divinatrice eadem conjecturatri-
 ceq; virgâ.

v. 247. JAM DUDUM LONGA MINYAS AM-
 BAGÈ) Obscura Oracula arguit quæ Chrysis apud
 Tullium lib. II. de divin. Flexiloqua appellat. Lu-
 can. I. v. 639.

--- flexâ sic omnia Thuscus

Involvens, multaq; regens ambage canebat.

Sen. Oedyp. Act. II. sc. I.

Ambage nexa Delphico mos est Deo

Arcana legere.

Hinc Præses Oraculorum Apollo ab istâ obscuritate
 apud Græcos nomen trahens λόξισσος appellabatur à λῶ-
 ζοῖς ab incurvis oraculis, ut Jodecus Velareus vertit;
 interpret Phornuti. Oracla enim quo perplexiora
 eolaudatiora erant. Vnde plerisq; Poetis ex indu-
 striâ adfectata obscuritas. Scholiastes Æschyli in
 Prometh. οἱ παλαιοὶ τὰ ποιήματα αὐτῶν πρῶτον μὲν αἰνί-
 γμασι μελεθεύουσιν.

v. 282. ET AD STRICTIS UT SEDIT COR-
 NIBUS HELLE) Hellen intelligit quæ nomen dedit
 Helleponso. Illi cornua tribuit, quæ passim magnis
 Ruvius Poetæ. Noster multoties superius v. 106.

Sylvarumq; deæ atq; elatis cornibus amnes.

Et passim inferius. Acron ad Horatii lib. IV. Od. 14:
 Omnium famosorum fluminum vultus cum cornibus sin-
 guntur, propter imperiis & magicis aquarum. Vide quæ
 notavimus inferius.

v. 285. CÆPERAT À GEMINÂ DESCENDE-
 RE SESTOS ABYDO) Abydos Bithyniæ urbs in orâ
 ejus-

iusdem sita, Sestos autem ei objacet. Pompon. Mela
lib. I. cap. XIX. In ora Graja urbes Abydos & Lampsacus,
& Priapos. Abydos magni quondam amoris com-
mercio insignis est. Idem lib. II. c. II. Est Abydo objacens
Sestos, Leandri amore pernotabilis: Sed cur geminam dicit
Abydonem? Ita navigantibus videntur obiectæ civitates,
quasi conjunctæ, cum in una lineâ porrigitur. Di-
stant enim hæ duæ juxta Strabonem triginta tantum
stadia. Idque est quod Poëta dicit paulatim illas discede-
re, nave ulterius progressâ. Ita Virgil:

Provehimur portu, terræq; urbescq; recedunt.

V. 301. VIS & CORONATÆ FULGENS TUTE-
LA CARINÆ) Carrio quid hic de loquaci carinâ lo-
quaculus ineptiat, non capio. Tutela, Dei signum est
proreæ impositum, navi nomen dans, quod ex *Plutar-
cho* in *Conv. Sept. Sap.* & Luciano in *Dial.* cui titulus
ἡ τῶν πλοίων ἡ δούλη, apparet: Senec. Ep. LXXVII. Navis
bona dicitur, non quæ preciosis coloribus picta est, nec cui
argenteum rostrum est, nec cujus tutela ebore calata
est. Silius Ital:

Tuteleq; Deum fluitant.

Lactant lib. I. c. II. Tutelam habent in aquila figura-
tam. Ovid. I. Trist.

Et pictos verberat unda Deos.

hoc est navis tutelam. Tacit lib. V. siue id animal
vel navis insigne fuit. Lucianus d. l. *ὡς δὲ ἡ πρῶτη μὲν
ἰταυέση καὶ ἐν ἡρέμα καὶ ἀπόλη χροσῆν χλωσικον* (non *χοινί-
κον* ut quidam putat) *ἰπικειμένη* h. e. anserculum. Ex hoc
tamen Luciani loco naves quasdam esse quæ anseres
ocentur non rectè putavit lib. 9. c. 17. Ludovicus Gæ-
lius: Tametsi eum in hanc sententiam Eustathius
Odyss. V. impulisse videatur. Hinc Servius ad *Æn.* X.
Solent naves nomina accipere à tutelarum picturâ. Luta-
lius ad *Stat.* Thebaid. II. X. Tutelam navis intelligimus

cum gubernatore navigare, habent enim pictos presules
 quorum nominibus nuncupantur & naves. Lucianus dicit
 τὴν ἐπιπλοῦσαν τῆς νεῆς θεῶν εἶχουσαν τὴν ἰσὴν ἐκαθέρωθεν. Sic
 Virgil. *En. V.* Pristin, Chimæram, Scyllam, & Cen-
 tantum nuncupat naves à tutelæ picturâ, in cuius loci
 explicatione mirum quantum se interpretes torque-
 ant, nec tamen extorqueant. Nonius lib. XII. *Re-*
rum Rom. Quinq; presles navigiorum eâ formâ à marinâ
 beluâ dictorum est. Illud autem nomen plerumquæ à
 Diis & eorum beneficiis impositum, quod præter alle-
 gata testantur hæc: *Perf. Sat. VI.*

 ----- *jacet ipse in litore & unâ*
ingentes de puppe Dii.

Hesychius θεοὶ φοίνικος, ἐς ἰσῆσι καὶ τὰς πρύμνας. *Virgil.*
lib. X.

 ----- *& aurato fulgebat Apolline puppi*

Hæc; tutela navis erat inigne, Græcis πρυμνίου
 πλοῦς ut ex *Veteri Lexico* & *Plutarcho* citato loco patet,
D. Lucas Actor. c. XXIIII v. 11. ἀνὴρ ἡνικε εἰς πλοῦς πρυμ-
 νίου, ἐν τῇ νήσῳ, ἀλεξιαυθέντι πρυμνίου διοπί-
 γγῳ. Ea etiam causa est cur puppi coronas impone-
 bant, quod ibi sacrarium navigii erat. *Virg. I. Ge-*
org.

Puppibus & lecti nauta imposuere coronas.

Propert. lib. II.

Ecce coronata portum tetigere carine.

Illeq; mos tutelam vel nomen navi dandi etiam nunc
 hodie apud nos manet. ut vastæ naves insigniantur vel
 ab Apostolis *der Klein Jacob / Sanct Peter* etc.
 vel ab animalibus *der Löw / der Lindwurm*, vel
 etiam ab inanimatis *der Topff* / etc. quorum pictu-
 ræ adduntur. Sic *Lycoph.* scribit Europam raptam
 fuisse. *Navi πρυμνίου* h. e. tauri formi.

V. 320. *NATE INDIGNOS ADITURE LABO-*
RES)

RES) aditus & obitus correptam habent secundam
Ausonius --- *Viros morte obitâ celebres. Ovid. Fast. IV.*

Sol aditus quem quæris ait ne vana labores

Nupta Jovis fratri.

v. 334. Preme lumina dextrâ) Pro-
pinqui propinquis morientibus oculos claudabant.
Idq; unicum parentum & filiorum votum. Hinc
illud apud Virgil. lib. I. Æn.

--- --- *ô terq; quaterq; beati.*

Quæis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis

Contigit oppetere --- ---

Idem. Æn. IX.

--- --- *nec te tua funera mater*

Produxi pressive oculos --- ---

Propertius :

At mihi non oculos quisquam inclinavit euntis

Condita sunt vestrâ lumina nostra manu.

Noſter lib. III.

--- --- *ſerâ componunt lumina dextrâ.*

Vide quæ ad iſtum locum notavimus.

v. 337. CUM SIGNIFERUM CRATERA MI-
NANTEM) Intelligit Pholun, unum de Centauris,
qui Herculem peregrinantem hospitio excepit, ut nar-
rant Fabulæ. M. Lucan. lib. VI.

Hospes & Alcide magni Pholus.

Quem ſiſſire cratera urna capaceſſe dixit Juven. Sat. 12. v.

45 Intelligens Herculis poculum, quod Ingentis erat
Quantitatis. Macrobi. Saturn. V. c. 21. *Scyphus Herculis
poculum eſt, ita ut Liberi Patris Cantharus. Herculeſſe
vero fictores veteres non ſine cauſâ cum poculo fecerunt, &
nonnunquam caſaburdum & ebrinum: Non ſolum quo d iſ
heros bibax eſſe perhibetur: Sed etiam quod antiqua Hi-
ſtoria eſt Herculeſſe poculo, tanquam navigio ventis im-*

mensa maria transisse. Vide quæ ille ex omnibus probatis autoribus ad noticiam hujus scyphi narratur. Mentio & apud Plutarchum Alex. in fine, ἅπ' ἀκέραιον Ηρώκλειος ἐκπίων: Non exhaustit Hercules scyphum. Q. Curt. lib. X. Isdem serè diebus convivium apud Theophilum Medium institutum est, ad quod rex cum sodalibus vocatus venit: ibi nondum epoto Hercules scypho repente velut telo confixus ingemuit. Scribitur à Nicetâ Choniata Camathorum logothetam, edacem admodum bibacemque superasse illos, in quorum manibus amphora ut calices versabantur ἐκ τῶν οὐφῶν εἶχος ἀεὶ ἐπιδύπνιον τὸν Ηρώκλειον. Et habebant semper post cœnam illum scyphum Herculeanum. Stephichorus:

Σκυφίον δὲ λαδῶν δένεις ἄμετρον ὡς τελλάζηνον
Πῖν ἐπαρχέμεθ' τὸ ῥά οἱ περιήηκε κέρωςας.

v. 339. PRIMUS IN ÆRATIS POSUISSEM PURP. PURBUS ÆRA) Rostra intelligit, unde rostrata naves, quæ Græcis χαλκίμοσχοι dicuntur. Rostra enim navium χαλκίμοσχοι & ἐμβολοι appellantur. Cujusmodi intellexit Horatius cum ad Meccenatem scribens dicit *Frabem Cypriam*: Nam Tomasum (ita enim scribo cum Stephano) Cypri oppidum æris habuisse metalla Strabo tradidit lib. XIV. Appinguntur autem ea rostra proris ferrea, aut ex ære. Vergil. Æn. X.

Massicus arata princeps secat, æquora tigris
Et post --- --- & campos salis ære secabant,
Vitruvius Pollio de Architecturâ lib. X. c. XXI. Is aries habebat de ferro duro rostrum, ita uti naves longa solent habere, & ex ipso rostro lamina ferrea quatuor circiter pedum XV. fixæ fuerant in materiâ. Ennius apud Varon. lib. VI. Conferre arietem aratam qui perit & qui dum mare sudantes eunt aut sedentes: vel ut Joseph. Scaliger legendum censet in Conject. ad Varronem.

--- --- confertâ rate ineratag, peritè
Qui diuum mare eunt sudantes atq; sedentes

v. 340. CONCUSOQUE RATEM GAUDET
REM PELLERE REMO) Ita lego cum Turnebo.
Nam tollere non $\alpha\beta\gamma$ sensui convenire puto.

v. 356. CELER ASTERION QUEM MATRE
CARENTEM) ad verbum fere expretit Apollonium
lib. I. v. 35.

Ηλυθε δ' ἀστέρων αὐτοχρόνον ὄνμα κομήτης

Γέννατο δινθεντος ἐφ' ὕδασιν ἀπιδανείο

Περσείας, ὀπίθ' Φυλλήης ἀγχιῦδ' νείων.

Quod autem cristatum vocat cometen, adlusum est
ad nomen Cometæ. Nam ut ait Plinius, Cometas
Græci vocant, nostri crinitas, horrentes crine sangui-
neo. Porro in enarratione Argonautarum nonnihil
Valer. ab Apollonio discrepat, quantum in plerisque
nomina conveniant. Tu illum vide a v. 23 lib. I. ad
vers. 228. Longum enim hic foret nomina nominibus
& versam versus comparare. Plenus de Argonaus-
tis, *Dares* initio libri de Trojæ excidio, *Didymus* ad
Od. II. *Pind.* *Psych.* Od. 4. Item *Orphæus*, cuius Argo-
nautica consules. Item Statius Papius lib. V. Nos
absolutum omnium catalogum dedimus infra.

v. 366. DEUCALION CERTUS JACULIS, ET
COMINUS ENSE AMPHION) Gemellos hoc fuisse
arguit versus seq. ——— *Hypso*

Nec voluit similes potuisse ediscere vultus.

Admodum autem venuste matrem introducit in in-
ternoscendis eorum vultibus ambigere. Sic Sil-
Ital lib. II.

Cuncta pares, dulcissq; labor sua nomina natis

Reddere, cō in vulnū genitricis herere duorum.

Claudian. de Castore & Polluce :

————— *juvat ipse Tonantem*

Error, cō ambigua placet ignorantia matri.

v. 371. IN TUA MOX DANAOS TRACTURUS

SAXA CAPHAREU NAUPLIUS) attingit historiam
 Nauplii, qui indignè ferens filii Palamedis necem U-
 lyssis & Diomedis dolis circumventi, plurimorum ex
 Græcis principibus uxores in adulterium pellexit :
 nec eo contentus redeunte à Trojâ victrice classe, sævè
 jactatos tempestate ut in scopulos pertraheret, navem
 frangeret in Caphareo promontorio & opheltis rupi-
 bus ignes accendit : eo naufragi cursum dirigentes
 portum rati, quicquid supererat navium confrege-
 runt: Vide Q Calabrum Paralipom. ξ. Euripides in
 Helena :

Πολλὸς δὲ πρὸς ὄσας
 φλογὸν σέλας ἀμφὶ ρυπαῖς
 δίδοιμι εἰς ἀχαιῶν
 μονοκῶπῳ ἀνὴρ πέτραις
 καφείας τ' ἐμβαλὼν
 εἰργάσις τ' εἰναλοῖς ἀκταῖς
 ὄδιον ἀστὲρ λαμψάς.

Lycophron Callandrâ.

ὄταν κερηθαρῶντας ἐν μέτρῳ ἄγῳ
 λαμπρῆσι φαῖνῃ τὸν ποδὶν ἄλκυ οὐδὲν
 εἴηης. ἀρῆν πῶς ὡς σκαθῆν ἄνδρῳ τῆχῃ.

v. 375. AMPHITRYONIADEN TEGEÆO
 LIMINE CEPHEUS) Historiæ, hi sequentes verius
 non videntur convenire, s̄ cum Apollonio conferan-
 tur. Falsum enim est Ancæum fratrem fuisse eorum,
 qui ejus erant patrum, nec illis erat annis plenior : sed
 contra natu minor. Cum igitur constet ex Apollo-
 nio Lycurgum Ancæi patrem eorum, fratrem fuisse
 natu majorem : legendum puto non Ancæos sed
 Ancæo vellus contingere Phryxi v. seq. 377. Cum
 enim Lycurgus jam senior esset, pro se vicarium qui
 navigaret cum Argonautis dedit filium Ancæum :
 Apollonius v. 163. lib. I,

ἑλαπίτῳ γε ἰδὺν ἔσιπεν ἕσιν

Αγκάϊο τὸν μὲν ἰα πατὴρ Λυκόοργον ἔπιπτε.

Τῶν ἄμφω γυνῶς παρῆν ἕσσεος ἄλλ' ὁ μὲν ἦδη

Ἰηρόκοτον ἄλειον ἤπιεν ἀμπόλιν ὄφρα κομίζη.

Παῖδά δ' εἶον σφιτέρεσι κασιγνήτοισιν ὄπασσε.

v. 378. TECTUS ET EURYTION SERVATO
COLLA CAPILLØ) Quidam olim quamdiu peregre
erant, comam alebant intonsam: reduces & sospites
domi eam tondebant, quod apud Ægyptios obtinuisse
narrat Diodor. lib. I. τὸν ὄσειον κίξ' ἀμύμον τοῖς θεοῖς θρή-
ψεν τὴν κόμην, μέχρις ἂν αἰγυπτον ἀνακάμψη. τὴν πορείαν
ποιεῖτο δὲ αἰθιοπίας δι' ἡ αἰπὴν μέχρι τῶν νεωτέρων χρόνων
ἐν αἰγύπτῳ τὸ πρὸς τῆς κόμης νόμιμον παρ' αἰγυπτοῖς, καὶ τὰς
πικρύνει τὰς ἀποδημίας μέχρι τῆς εἰς οἶκον ἀγαγομένης κο-
μῆος εἶναι. Certo itaq; Deo abiturientes eam vove-
bant. Stat. VI. Theb. v. 603.

Flavus ab intonso pendebat vertice crinis

Arcados, hoc primis Trivie pascebat ab annis

Munus, & Ogygio victor cum Marte redisset

Ne quicquam patriis audax promiserat aris

Tunc liber nexu, lateq; in terga solutus

Occursu Zephyri retro fugit

Petronius: Cui Deo crinem vovisti! Ita Ajax Telamo-
nius Ilisso flumini crinem vovet, Theseus Apollini Del-
phico, quod Pausanias in Atticis notat: Vulgus Atheni-
ensium Herculi, quod ex Hesychio Isaac. Casaubonus
palmare Literatorum decus: Adolescentes Romani
Æsculapio: Alii Apollini ut ex Mart. apparet lib. I.
ep. 32.

Hos tibi Phæbe vovet totos à vertice crines

Encolpus, Domini Centurionis amor.

Grata Pudens meriti tulerit cum premia pili

Quam primum longas Phæbe recide comas,

Confer. Q. Flor. Terrull. libro de animâ cap. 40, v. 383. **PHŒBIQUE FIDES NON VANA PARENTIS MOPSUS**) Quis hic Mopsus fuerit, è nostro non liquidè scitur; Apollonius lib. I. v. 65, explicitè vocat Tiraresium:

Ἦλυθε δ' αὖ Μόψος πηγάσι, ὅτι πᾶσι πάντων
 Ἀπείδης ἐδίδαξε θεοπεπίας ἰωνῶν.

Distinguit autem hunc Mopsum à Mopso Tirefix filio, vate Strabō lib. 9. Huncq; Argonautis socium expeditionis fuisse, & Lapitham dicit d. l. Quod vero & hic Mopsus, qui Lapitha vocatur à Strabone, vates fuerit indicio sunt verba Apollonii:

————— ἂν πᾶσι πάντων
 Ἀπείδης ἐδίδαξε θεοπεπίας ἰωνῶν.

Ab hoc Mopso Mopsium est, oppidum agri Pelasgici in Thessaliâ, teste Strabone in fine dicti libri. Alium item esse Mopsium à quo Attica Mopsopix nomen accepit testatur Strabo ibid.

v. 388. **NELIDESQUE PERICLYMENUS**) Periclymenus filius Nelei, id ab avo Neptuno muneris accepit, ut cum in acie staret in varias formas se commutare posset: Testatur Euphorion:

————— Περικλῆρμόν τ' ἀγέρωχον
 Ὀλβιον, ὃ πάρα δῶρα ποσειδάων εἰσίσχων
 παιτοῖ' ἄλλοτε μὲν ἢ ἐν ὄρνίθεσι φάνεσκεν
 αἰετός· ἄλλοτε δ' αὖτε πηλίσκετο γαῦμα ἰδέσθ
 μίμουξ' ἄλλοτε δ' αὖτε μελίσσει ἀγλαὰ φύλλα
 ἄλλοτε δεινὸς ἄφρις κηλ' ἀμείλιχ' εἶχε δὲ δῶρα
 παιτοῖ' ἐκ ἰομαστῶν τὰ μὲν κηλ' ἔπειτα δόλωσι
 βελῆ' ἀθηναίης

Idem fere de Proteo habent alij.

v. 398. **INSEQUERIS CASUSQUE TUOS EXPRESSA PHALERE**) Intelligitur Phalerus unus ex Argonautis & pater ejus Alcon. Historiam Phaleri sic enarrat Manil. lib. V. *Alcon Cretensis patriâ, sagittandi*

(ut ferè Cretenses omnes) peritià celebris, cum Phalerum
 filium infantem adhuc Draco spiru implicasset, jam iam
 devorandum, eà peritià sagittam intendit, ut Draconem
 quidem sagittà confixerit, puer vero incolumis superfuerit.
 Quà de re & acutissimum legitur Epigramma Gracum,
 cui Phalero Athenienses postea velut Jasonis comiti aram
 erexere, & hoc est quod Valerius ait concessisse illum arma,
 in quibus calatus eius esset casus. Quod autem ver-
 seq. 410. Egnatius pro Te Ter reponit, absq; causâ
 factum arbitror: quâ destituta Manus Critica, merito
 iudicium suspendit. Est enim Apostrophe, Te par-
 vum. Manilii verba lib. V. sunt hæc:

Quin etiam ille pater tali de sidere cretus

Esse potest, qui serpentem super ora cubantem

Infelix, nati somnumq; animamq; bibentem

Sustinuit misso petere & prosternere telo

Ars erat esse patrem, vicit natura periculum:

Et pariter juvenem somnoq; ac morte levavi:

Sed & Sidonius Apollinarius eandem historiam aliis
 descripsit versibus, qui cum Manilianis ferè certant:

— — non sic libravit in hostem

Spicula, qui nato serpentis corpore cincto

Plus timuit dum succurrit, dum iactibus iisdem

Interitum vitamq; daret, stabilemq; teneret

Corde tremante manum, totamque exiret in

artem.

Spe propiore merus, dans inter membra duorum

Unius mortem.

Ab hoc Phalero nomen tribui alicui Atticæ est, ut Cla-
 rissimus noster præceptor Meurfus, in de Populis At-
 ticæ observat ex Pausaniâ. Βασιτε δὲ Φαληρῶν θεῶν ὀνο-
 μαζομένων ἀρνῶσαι, καὶ Ἡρώων: καὶ παίδων τῶν θεῶν καὶ

Φαληρῆ τῆτον ᾧ τὸν Φαληρῶν Ἀθλωνοὶ πάλ᾽ ἔσται ᾧ Ἰάκω-
τος φασιν ἐς Κίλκην.

V. 411. ET QUEM FAMA GENUS NON EST
DECEPTA LYÆI) Mendosus est hic versus, nec à
Carrione restitutum video. Lego ergo pro QUEM
Cui & pro EST SUNT hoc pacto:

Et cui fama genus, non sunt decepta Lyæi.

Fuit enim Phlias Bacchi filius, de quo Apollonius lib. I.
v. 115. Conferant suas Editiones qui habent correctio-
res. Ego hoc tamdiu taceo, donec melius videro.

V. 444. ΤΕ QUOQUE DANΤ CAMPI ΤΑΝ-
ΤΟ ΠΑΣΤΟΡΕ ΠΗΡÆΙ & C) Hic & sequentes ver-
sus historiam de exilio Apollinis innunt, Apollo
suis telis Cyclopes sustulerat, cum primis Steropen vel
ut Hes. lib. III. vocat Asteropen, eo quod opifices ful-
minis exstitissent quo Jupiter Æsculapium necavit, ut
Higynus refert. Æsculapius enim à Chirone medicis
nam doctus accipiens è venis Gorgonis fluentem san-
guinem eo multos curavit: ex sinistris venis fluente ad
perniciem hominum est usus: illo vero ex dextris ad
salutem, unde mortuis denuo vitam præstitisse dicitur:
qua de re ne videretur inter homines esse Deus,
eum Jupiter fulminavit. Apollo autem iratus Cy-
clopas, ut dictum, necuit fulmen Jovi fabricatas,
Jupiter voluit illum detrudere in infernum sed præci-
bus Latonæ iussit eum per annum homini servire.
Hic autem profectus in Pheras (αὶ Φεργί inquit Scholia-
stes Apollonii ἰνομίαι ἦσαν διὰ Φεργί & Κρητῶν & Ἀδ-
μήτη πατρῶς) & Admeto regi Pheræorum serviens pa-
storitiam exercuit, ei boves omnes fœminas δίδυμοί-
κην h. e. gemelliparas reddidit: à quo rege comites
exceptus Apollo amici animi agnovit indicia. Qua-
re Parcas rogavit, quando vitæ sibi Admeto immine-
ret, invento qui pro ipso mortem subiret, illi parce-
retur, quo impetrato pastor Apollo Admetum à mor-
te

te retraxit. Ecce autem jam dies venit Admeto fa-
ralis, & patre matrem, pro ipso mori nolentibus Alce-
stis fœmina vitam suam pro marito opposuit: ex eò
obliqua & luctuosa in Admetum cecinerunt, donec
Proserpina emisit Alcestem, vel ut alii dicunt Hercules
pugnans in Plutonem illam retraxit. Vide Ovid. de
arte Amandi: Euripidem Alcest. Plutarchum in Nu-
mâ. Claud. lib. I. de raptu Proserp. illo versu:

Quod non Cyclopea tela

Stringimus.

Calimachum: cujus versus Latinitate donati hi
sunt:

Te simul ex illo pastorem Phœbe vocamus

Tempore quo Amphrysi duxi sub prata jugales

Pubescentis adhuc Admeti captus amore.

qui tamen in eo discrepant quod Admeto Apollinem
ipsius amore captum servasse, tradunt. Exstat etiam
longum Tibulli carmen, quod ex hac historiâ intelli-
gendum, refutatis iis qui ad Iphen Macareï filiam per-
ridiculè referunt. Adi etiam lib. II. Eleg. 3. item lib.
III. Eleg. 3. eundem. Steropen inter Cyclopas refert
Hesiodus lib. III. & Virgil. his verbis:

Bronthesque Steropesque & nudus membra

Pyracmon.

Apollonius narratam Historiam comprehendit bino ver-
su lib. I. vers. 49.

Οὐδὲ φεραῖς ἄδονται ἐϋπλευροῦ ἀνασσοῦ

Μίανει ὑπὸ σκοπιῶ ὄρεσσι χαλκιδονίσι.

V. 455. SEMIFERUM CONTORQUENS FRE-
NA LUPORUM. Semiferos appellat non a feritate vo-
cabuli ejus etymologiâ petita, sed a formâ ipsâ, qua
feros hoc est, equos dimidiâ sui parte adsimilasse fin-
guntur. Quod benè observat Præstantissimus juvenis

Christi; Bulaus delicias has literatas apprimè doctus,
Feros enim pro equis antiquitus usurpatos multorum
auctoritas evincit: Arnob. lib. II. Saturnus in adultum
comprehensus induit formam feri. Manilius:

*Quatrupedum medicas artes in membra fero-
rum.*

Noverit.

Prudent. *ὁδὸν σφάραγος* hymno, qui Hippolyto Martyri
inscriptus.

*Postquam composito satis instruxere paratu
Martyris ad pœnam verbera, vincla, feros,
Instigant subitis clamoribus atq; flagellis.*

v. 475. NON JAM OPERUM IN PARTEM, MO-
NITUS SED TRADAT UT ACRES) significat Iphi-
clo (quem Phylace urbs miserat) monitorem subdi-
tum: non qui levaret labores, sed qui instigatione vi-
ros extimularet. Olim enim heroibus varii submo-
nitores adhibebantur, quomodo Archilli Phœnix, ut
apud Syntmachum videre est; qui lib. III. Ep. XII. ita
ait: Nullam certè Nestor atatis sua seculo militia vacatio-
nem poposcit, nec Achilli excusat it atatis sue frigus Phœ-
nix monitor. Latinus Pacatus in Panegyrico: Sancte
Tybris quondam hospitis Monitor Æneæ, mox Romæli con-
versator expositi. Stat. Papin. V. in Epicœd. Paris—

*Hinc Tibi vota patrum credi, generosaq; pubes
Te monitore regi ----*

Tales Græcis vocantur *μνήμονες*. Lycophron Cal-
sandrà.

*ὃ σὺ τοῖς δ' ὀτλήμων ὑπὲρ τῆς ἡρώσεως ἦσθαι
μνήμων ἐφεταιί, ἀλλὰ ληταίρω σφιλῆς
πυθῆος θωρετῶν σπῆροι ἐκαστὸς ἐξίφθαι.*

Aliis *Μνήμονες* apud Orientales erant qui *Metatores* Ro-
manis. Vide Plutarch. *Συμπλοκῆς*. lib. I. *Quæst. I.*

V. 481. PERVIGIL ARCADIO TIPHYS PEN-
DEBAT AB ASTRO) *Pendebat attentissimam curam*
significat rem aliquam curiosè considerantis. Ita
Tiphyn, ab astris pendere ait Poeta, qua ratione *adfi-*
xum astris, Nautam dicit Silius Ital. VII. Punicor.
Pari modo *Pendere* apud Quintil. Declam. CCCI. usur-
patur: *Nunc habes uxorem non ambitiosam, non exactu-*
ram comitatus; sed qua tota ex tuo vultu pendeat. Ser-
gius Polensis Testamento: *Juvat vobiscum esse, ut juvit*
semper, & ab ore meo pendulos detinere.

V. 483. ET DEDIT ÆQUOREOS CÆLO! DU-
CE TENDERE CURSUS) scribit Tiphyn adinvenisse
primitus artem navigandi. Versus sunt ex Apollo-
nii lib. I. v. 105.

Τίφης Αγκιάδης σιφαία κάλλιπι δῆμον

Θεπιέων ἐδῆλος ἰδὺ δελνόμερον ποσειδάηνου

Κύμ' ἄλλ' Ὀρείης, ἐδῆλος δ' ἀνέμοιο θυλάδας

Καὶ τολών ἠελίω τε καὶ ἑσέρι τεκμήρησθε

Latini Historici primam hujus artis inventionem
Phœnicibus vindicant, Plinius lib. VII. c. LVI.

V. 517. QUID BARBARUS AMNIBUS ILLIS)
Barbarus hoc loco incultum, rusticum & vilis ingenii
significat. Calpurnius :

Rusticus est fateor sed non est Barbarus Idas.

seq. versu pro *adversis* legendum *Aversis*, reor. Ut Ma-
ro Britannos vocat *Aversos*, hoc est toto orbe remo-
tos.

V. 523. VIDE T È GRATÀ NUNC STIRPE
NEPOTES) lege *Grajā*, ita facilius erit & plenius sensus
in sequentibus: *& junctas sibi sanguine terras*, intel-
ligens Græciam. *Junctas sanguine terras* dicit, ut
Augustin. III. de Civit. Dei c. 7. *Deseruerint DI adul-*
teros, illumq; flammis Græcorum reliquerint, ut ex ejus ci-
neribus Roma castior nasceretur, cur & postea deseruerunt

*eandem civitatem Romanis cognatam non rebellantem
adversus Romanam.*

v. 563. TENDITE IN ASTRA VIRI, ME PRIMUM REGIA MUNDO) Sensus horum versuum hic est: Quemadmodum non ante devictos Titanes de Gigantes rex impostus fui mundo id est cælo: Ita vobis præeundo institui difficilem accessum ad cælum: Ipse etiam Bacchus & Apollo non nisi iisdem gradibus in cælos ascenderunt. Mundum poni pro cælo alii scriptores veteres evincunt qui eo modo usurpant. Manilius:

*An fortes animæ, dignatæq; nomina cælo
Corporibus resoluta suis, terræq; remissa
Huc migrant ex orbe? suumq; habitantia cæli
Aethereos vivunt annos, mundoq; fruuntur?
Atque hic Acacidæ hic & veneramur Atridas
Tydidemq; ferum, terræq; marisq; triumphis
Naturæ victorem Ithacum: Siliumq; senectæ
Insigne triplici, Danaumq; ad Pergamæ reges
Castra Ducum & cæli, victamq; sub Hectore
Trojam.*

Ubi nota versu antepenultimo pro *Silium* legendum *Pylum*. Intelligit enim Nestorem Triseclum: non quod tria expleta secula (ut vulgèrter vocabulum sumimus) expleverit: sed ter triginta annos. Poëtis enim seculum 30. annorum spacium complectitur, ut bene observavit doctissimus Neander Syll. Phys. g. 61. Cum Manilio & Valerio nostro M. Aurelius Nemesianus convenit. Eclog. I.

*Quem nunc emerita permensum tempora vite
Secreti pars orbis habet, mundusq; piorum.*

Et paulo post:

Nam si sublimes anima cœlestia templa.

Sider easq̄ colunt sedes, mundoq̄ fruuntur.

v. 566. SIC ORBE PERACTO LIBER) Bacchus orbem terrarum peragravit, primusq̄; penetravit Indiam, de quo in libris posterioribus plura. Tu ad Nonni Dionysiaca.

v. 568. INGENTI FLAMMANTEM NUBILA SULCO) hoc est ingenti inflammatione facis, sulcum quasi trahens per aëra. Flammare enim ponitur pro inflammare. Sic lib. IV. inferius.

--- --- *flammata pudore Juventus*

Tacitus lib. IV. *His inter se vocibus insistentes flammavere insuper allata à Vespasiano litera.* Sil. lib. IV. *Cuspide flammatur equum.* Gib. ihm die Sporen.

v. 574. INTEREA MEDIO SÆVUS PERMISSA PROFUNDO) Juvenalem, Balbum nostrum sæpe taxasse supra dixi. Erant enim æquales & uterq̄; sub Vespasianorum principatu, autoritate tamen apud eos & gratiâ dispari. Quippe Juvenalis odio Vespasianorum flagravit, & quia Cassatius in Domitianum plenâ velificatione grassatus est, statim Flaccus ei per invidia blanditur: *Proles tua pandat Idumen, Namq̄; potest.* Ejus itaque successu popularique recitatione & plausu Juvenalis offensus locorum rerumque descriptiones (& quod Poetæ heroici præcipuum est insigne) numinum colloquia passim convellit, & quasi subductis columnis totum opus labefactare conatur. Ideoque & hic apud nostrum, & apud illum idem consilium venti captant quorum naturam situmque persecutus addit & Boreæ concionem *vef. seq. 598.*

*Pangaea quod ab arce nefas ait, Aeole vidi
Graja novam ferro molem cōmenta juvenis.
Pergit & ingenti gaudens domas equora ve-
lo, &c.*

quo Juvenalis alludit illo hemistichio.

----- *Aeolis vicinum rupibus antrum.*
Antri enim noster meminit v. 579.

*Aequore Trinacrio, refugiq; à parte Pelori
Stat rupes horrenda freus, quot in aethera
surgit.*

*Molibus, infernas toties demissa sub umbras
Nescopulos aut antra minor, iuxta altera tellus
Cernitur, illam Acamas habitat, nudusq; Py-
racmon:*

*Has venti nimbisq; domos & naufraga servat
Tempestas.*

Plura vide infra v. 817. Item lib. V. v. 250. & lib. VII.
v. 62.

v. 589. HINC IN TERRAS LATUMQUE PRO-
FUNDUM EST ITER) ex illâ rupe iter esse dicit in ter-
ras & vastum mare: Nullaq; hinc autoritas eorum est,
qui Latium profundum velut de loco superiore con-
cionantes, nobis persuadere conantur. Profundum
enim pro mari accipitur. Claudianus;

Inventu secuit qui primus nave profundum.

v. 590 ET MEDIIS INTRARENT MONTI-
BUS UNDE) Ad eandem fere modum Lucanus lib.
III. dixit.

*Curio Sicaniâs transcendere jussus in vrbes
Qua mare tellurem subitis aut obruit undis
Aut scidit & medias fecit sibi litora terras.*

Claud.

Claud. lib. I. de Raptu.

----- *Trinacria quondam,*

Italiae pars una fuit, sed Pontus & aestus

Mutavere situm, rupit confinia Nereus.

Victor, & abscessos interluit aequore montes.

Silius Italicus lib. XIV.

Impactum pelagus lacerata viscera terre

Discidit.

v. 631. IRA DEUM ET CALABRI POPULA-
TOR SIRIUS AGRICANICULARES Poeta vocat iram
Deorum live θεομητιω, ideoq; astrum illud à Calabria
propitiari. Sed & Aristæus Apollinis & Cyrenes fi-
lius aram *ικουατε Διός* in Insula Ceo statuit, & ipsi quo-
que Sirio astro ut Apollon. ait lib 1. hostias immola-
vit. Unde factum ut in Ceo insula per quadraginta
dies (quot seil. astri illius incendia vigent) Et hæ fla-
re soleant. Sed Sirium à Ceis observari solitum ex
Ciceronis lib. I. de Divinat patet, quæ est lex Aristat.
Idem Apollonius.

----- Κείψ δ' ἐπιτύω ἱερῆς

Ἀπολείων ὡς πρόειθε κύνος ῥέξσει θυηλάς.

Scholias tes : εὐμοθητιω ἦ (Aristæus nempe) τοῖς Κείψ
κατ' ἐνιαυτὸν μετ' ὅσων ἐπιτηρεῖν τὴν ἐπιτολίαν ἔκρινε
καὶ θύει αὐτὰ. Quæ planitus interpretantur locum
Ciceronis. Idem igitur apud Calabros fiebat quod
in Ceo insula. Manilius optimè convenit Canicu-
lares sic describens: lib. V.

Exoriturq; Canis, latratq; cunicula flammans,

Et rabit igne suo, geminatq; incendia solis

Quæ subdente facem terris, radiosq; movente

Dimicat in cineres orbis, fatumq; supremum

Sortitur, languetq; suis Neptunus in undis.

Confer etiam Horat. Ode prim. Epod.

v. 605. NIL ME MEA PECTORA TANGUNT)
hoc est adfectus mei me non movent, Sic Propertius
lib. IV.

*Andromedeꝝ & Hypermnestre, sine fraude
marite.*

Narrant historia pectora nota sua.

v. 631. LINQUITE TERRÆ SPĒM PELAGI)
Significat navigantes spem vitæ in terrâ relinquere de-
bere nil præter mortem cogitantes, quandoquidem ea
duobus tantum digitis, videlicet unius afferis inter-
stitio, ab illis qui mare ingrediuntur ablit. Huc
pertinet illud Juliani εἰς νεωαγήσκοντες lib. III. Epigr.

Οὐπί σε πόντος ὄλεσσε καὶ ἑπινείοντες αὐταῖ
Ἀλλ' ἀκόρητος ἕως φοινῶδ' ἐμπερίης
Εἴη μοι γαίης ὀλίγη βίη· καὶ δὲ θαλάσσης
Ἀλλοῖσι μελέτω κέρδι' ἀεδομάχον.

Nos ita olim vertimus :

*Non mare te exstinxit, neqꝫ vis violentior auro
Sed mercaturæ non satianda fames.*

*Det mihi terra levem victum, sit in equore
lucri*

Cura aliis, terret quos salis umbra parum.

v. 633. SEGNIFLENTES OCCUMBERE LĒTO)
Nullum mortis genus hominibus formidabilius quam
quod à mari venit : tum quod vilem esse mortem
censeant, tum quod inhumatos errare, donec terrâ
injecta contegantur, omnibus persuasum sit. Incirco
Æneam videmus lib. I. Virg. cætera magnanimum at
in fluctibus à Junone excitatis expalluisse. Hinc
etiam Naso :

Non letum timeo, genus est miserabile leti

Demise naufragium, mors mihi munus erit.

Est

*Est aliquid fatos, suo ferroq, cadentem
 In solita moriens ponere corpus huma,
 Et mandare suis aliqua & sperare sepulchrum
 Et non equoreis piscibus esse cibum.*

v. 669. **TUQUE FRETUM DIVOSQUE PATER
 SORTITE BIFORMES**) De Neptuni sortitione agit,
 de qua pleni scriptores. Diodorus Siculus IV. Bibl. de
 Hom. v. 190. lib. XV. Iliad. Serv. ad v. 143. I. Æn. Ju-
 piter, Neptunus & Dis pater, Saturni & Opis filii, cum de
 mundi positione (lego & emendo Possessione) certamen inis-
 sent, placuit ut imperium sorte dividerent: ita effectum est
 ut cælum Jupiter, Maria Neptunus, Dis pater inferos sortia-
 rentur. Idem X. Æn. v. 39. Sors rerum id est Regnum.
 Nam per sortem inter se fratres Jupiter, Neptunus, & Pluto
 mundum dicuntur fuisse sortiti. Sil. Ital. XVII. Punic.

----- *Cuius proles terramq, fretumq,
 Sideraq, & Manes regnorum sorte gubernantur*
 Ita apud Ovid. Met. lib II. Tellus ad Jovem.

----- *cur illi tradita sorte
 Aequora decrescunt?* -----

v. 672. **PONTUS HABET**) malum eum non
 nullis habet.

v. 676. **PATRIÆQUE AMPLECTI LIMINA
 PORTÆ**) Et postes domorum, & portarum limina
 amplecti solebant, qui profugi exsulatum ibant, aut
 peregrinatum diu abfuturi domo: iidem etiam redu-
 ces osculari & amplecti ea solebant: quod & faciebant
 in patriæ imagine & assimilatione, ut in Colonia, ut
 Æn. III. apud Virgil.

----- *Scæaq, amplector limina porta.*

v. 681. **ORITUR CLAMOR, DEXTRÆQUE
 SEQUENTUM VERBA DUCIS**) non dextraq, quod
 versum lædis. Sensus est: ad verba Ducis, socios me-

num extendisse in cœlum, quod in obtestationibus supplices facere solebant. Virg. *En. II.*

----- *Sinon*

Sustulit exuras vinclis ad sidera palmas.

v. 687. INFIDITQUE SOLUM ET SPUMAS
VORAT ÆRE TRIDENTI) Rostra Navium iterum
exprimit, quæ ex ære aut terro olim fiebant, uti nunc
in marmoribus scalpta inveniuntur, de quibus supra
v. 339. Illa autem navib. addidit Piseus autore Plinio
lib. VII. c. LVI.

v. 704. ÆRISONA VELUTI CUM DÆDALUS
ORÀ PROSILIIT) Ærisona ora Creta dicitur, ob
Corybantum in eâ Insulâ tripudationes, quæ fiebant
perculo gladiis clypeo. Nonnulla tamen Exempla-
ria *Ida* habent, quod qua ratione Carrio mutaverit
nullus video, nisi illâ solâ, quod non viderit tam in
Cretâ quam in Phrygiâ montem ejus Nominis fuisse.
Vibius sequester: *Ida mons in Troade, alius in Cretâ,*
Ida ergo ærisona dicitur, quod Corybantum in ea ha-
bitatio, ubi & Jovem nutrierunt, & vagitum ejus so-
no clypeorum cælarunt. Corybantes autem semper
ibi tripudiare fingebantur ut Mars semper belligerare
in Thracia: Vulcanus fabricari in Sicilia: Apollo re-
sponsa dare Delphis. v. seq. 727. quod Hamum id est
Thraciam infelicem vocat, causa est, quod ea regio,
(quæ Martis habitatio est) semper cædibus indulge-
bat. Vide quæ de Thracia inferius.

v. 725. BISTONAS AD MERITOS CUM COR-
NUA SÆVA THYONEUS) Thyoneus Bacchum signi-
ficat, quo Epitheto etiam Horatius utitur. I. *Carm.*
Od. XVII.

----- *nec Semelejus*

Cum Marte confundet Thyoneus

Prelia. -----

Cur autem Thyoneus appelletur Scholiastes Apollonii lib. I. indicat ad v. 636. Θυόνειν ἀμοιβότατον μαινιάσει inquit, ἔστιν καὶ τῷ Σεμέλειω Θυόνειω καλεῖσθαι, ἐπειδὴ Ἀχιλλὸς ἐγκοῖσι αὐτῷ παρεσιήγαθον ἔσταν καὶ ἐνθεαζομένην ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐφαπτομένης τῆς γαστρὸς αὐτῆς ἐνθεαζομένην. Ἄλλως, μαινιάσει, Βάκχαιε, καὶ ὡς Σεμέλη, θυῶνι, περὶ τὸ θυεῖν καὶ ὀρμαῖν μαινομένης. Ubi Scholiastes dicit τὸ θυεῖν deductum autumat: alii vero dicit τῆς θυῶνις τῆς σιμιλῆς. Nam Semelen Pindarus Thyonen appellat. Cur vero Baccho cornua adsignentur Diodor. refert lib. IV. & nos prolixius infra.

v. 735. ET LARGUS PHLEGETHONTIS OPERTI) rectè cum Carrione lego *Operti*, non ut alii, *Aperti*. Latice enim attulerat avernales, simulatos tamen ut Virg. vocat. Cumq; Phlegethon sub terrâ lateat, *Opertum* igitur quam *Apertum* præstat: nisi si quis fluentia ejus carmine & sulcuro Magico esse aperta & patefacta contendat. Sed omnino alterum illud magis placet, Virg. IV. *Ann.*

Sparserat & latice simulatos fontis Averni.

Quod autem in *Scrobibus* hæc peragi dicit, rectè convenit cum Antiquitate. Ibi enim sacrificia Inferorum in effolis foveis fiebant. Apollonius lib. III. Ibi etiam vinum cum precibus in sanguinem effundebant. Ovid. VII. *Metam.*

Aut procul egestâ scrobibus tellure duabus

Sacra facit, cultrosq; in guttura velleris arri

Conjicit & patulus perfudit sanguine fossas.

Tum super invergens liquidâ Carchesia Bacchi,

Alteraq; invergens tepidâ Carchesia lactis

Verba simul fundit.

v. 736. VOCAT GRANDÆVA TUMULTU THESSALIS) Thessalæ mulieres præ aliis beneficiis

celebratz. Confer Nostrum inferius multoties
Comprimis v. 780. Plin. lib. XXX. c. 1. Menander
quoq. literarum subtilitati sine amulo genitus Thessalam
sognominavit fabulam, complexam ambages feminarum
detrahentium Lunam. Aristoph. Nebul. Act II, sc. 2.

γυνῆκα Φαρυμακίδ' εἰς πειράματα Θεσσαλῆν
καὶ φίλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην.

Propertius Thessalofaga. Confer Horat. Epod. V.

v. 718. QUAM MULTA LEO) obscurus est
locus & difficilis intellectu. Sed perfacilis Græci-
smum in quam multa deprehendentibus, qui Valerius
creberrimus. Ita Virgil. IV. Æneid. Multa reluctan-
tem pro multum. Statius non absumili modo II.
Theb. v. 242.

--- --- non unquam longa tuendo
Expeditas.

Gifanius Indic. Lucret. in Incedere explicat quam supra.
Tertullian. lib. de patient. sub init. Bonum etiam qui
caeca vivunt summam virtutis appellatione honorent, pro-
scre. Vide ad eund. locum Renatum Laurentium.
Confer quoq. Nostrum lib. I v. 1. Item v. 38.

Cum Juvenem tranquilla tuens---

Cui simile est illud Lucretianum, acerba tuens. Adde
lib. VI. v. 234.

Id quoque tegmen equis agitur porrecta per
armos.
pro porrecte.

v. 770. PUGNATAQUE POSCERE BELLA)
significat & parentes & natos & ea deniq. bella quæ
pugnauerat mereri honestam mortem, ne turpis exitus
præclara facta obscureret. Frequens autem hoc ge-
nus loquendi Pugnare pugnatis, bellare bellatis. Plautus
Amphitru.

*Hæc illis est pugnata pugna ab usq; mane in
vesperam.*

Cicer. pro Muræna: Pugna eum esset commissa & summa contentione pugnata. Liv. lib. VI. Includamq; in ponte pugnam eum pugnata. Salust. Quæ negotia multo magis quam prælium male pugnatum terrebant.

V. 781. TERGEMINAM TUM PLACAT HEC-
RAM.) Tergeminam vocat Hecaten, quia ut Hesiod.
in Theog. habet:

τῆς αἰ πάντων
Ζεὺς Κορινθῆς τίμησε, πόρον δὲ οἱ ἀγλαὰ δάσσο
μοῖροισι ἔχειν χαίης τε καὶ ἀτροχέτιο Ἰωλάσσης.
ἠδὲ καὶ ἀστεροειτὸς ἐπ' ἕσπευ ἔμμορσι πῦρ.

Triformem etiam Seneca appellat Hyppolyto, Orpheus Argonauticis τριμορφικός, Apollonio.

Χρυσὴν ἐνέγεισιν ἀΐασσας
Phornutus causam aliter recitat: ἕχ' ἰτέρα ἢ ἴσσο
αὐτῆς ἢ ἐκάτη τριμορφὸς εἰσὶνταυ ἀφ' τὸ τελεῖα χύματα γα-
νικώπυθι δόποτελεῖν τὴν σελήνην. Apollodorus refert
Hecate Friglam sacrificari quia τριμορφὸς appelletur.
Orpheus quoq; tria eam capita habuisse dicit, dextrum.
Equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. Ovid.
I. Fast.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes.

Servet ut in ternis compita secta vias.

Lycophron Callandrá:

ἁβρίως δὲ πέρχεν
βραμὰ τριμορφὸς ἦσται σ' ἐπιπίδα
καλαγγαῖσι τερβήσσαν ἐνύχοισι βεστύς.

Calliod. Variar. lib. V. ep. XLII. Primum sibi per lucos
& sylvas agrestium populorum vota, & venationibus dedi-
ta, hanc triplicem Deam falsâ imaginatione finxerunt &
ἐψάμ in Cælo-Lunam: ipsam in sylvis Dianam; ipsam
apud inferos Proserpinam esse adfirmantes. Hecates au-

tem *τεμνόμενος* statua ab Alcamene facta Athenis erat, propè simulacrum Victoriz alis privatæ. Quod vero Noster addit: *stygiasq; supremo obsecrat igne domos*, id est postremo. Non enim amplius sacris vacatura erat.

v. 796. ET GRANDÆVA FURORUM PÆNA PARENS) Vindictam omnium scelestè factorum ad Furias referebant Prisci: Illarum autem parentem quandam faciebant *Panam* vel Pœnas. Hinc Nicol. Erythrzus CCCIIIX. de Tisiph.

--- *seva quatit mihi verbera Pœna*

Virgil Culice:

Posterius Pœnam gnati se morte futuram

Hic etiam viridi ludentes Panes in herbâ.

Sil. Ital. lib. II.

Atq; omnes adsunt Pœna --- ---

v. 795. VIRGO JOVI TERRAS OCULIS) Quam hic Virginem intelligat quæstio est. Maserius *Lunam* intelligit. Inferi enim suas stellas & sua sidera norunt, ait ille.

v. 803. ET ADHUC INCONDITA LETHI) Inconditum, vagum, incompositum seu imperfectum significat. Gratius Cynegetic:

Vermiculum dixere, mala atq; incondita pestis.

Sunt tamen qui pro *Incognito* accipiant hoc est, Ignoto, Apul. lib. I. *libris felicioribus condita*, id est celebres. Unde *Condere alicujus laudes est decantare*, ut notat Politissimus Juvenis Christ. Bulæus.

v. 827. CARDINE SUB NOSTRO REBUSQUE ABC SSA) non *arcisa* sed *abscissa*. Estq; hic verius inter alios quem Juven. taxat. Accipe Horatii in eandem sententiam carmen.

Quam penè furvæ regna Proserpine

Et judicantem vidimus Aëcum

Alii tamen legunt *Abcisa*. Glossarium: *abscidis* *dēvōtūes* & aliud verbum esse quam *abscindere* docet Maro, qui *abscidit* mediā brevi posuit ut observatum Servio. Sic. lib. I. Claudiani de Raptu ubi vulgo *abscissos*, M. S. *abscisos* habent. Cæterum post v. 829. lacuna est quam explere studet Carrio versu oræ Codicis sui adscripto:

Jupiter & prima velit omnia reddere masse.

Qui licet indignus non sit Flacco, omitti tamen potest citra jacturam si ubi nunc est: *Victam si volvere molem* legas *Nisi*. Græcismus enim est, infinitivo posito loco Conjunct: addita particula *Ut*, nisi ut volvat vel solvat omnia.

v. 835. GALEIS PRÆFIXA RŒTISQUE CUE DOMUS) Antiquitus spolia hostibus adempta, & Deorum fanis & privatorum ædibus suffigebantur. De Deorum fanis notissimum est. De privatorum ædibus Albinovan. in Conf. ad Liviam de morte Drafa Neronis, sive quilibet alius autor:

Mœsta domus plangore sonat, cui figero letus

Parte sua Dominus voverat arma manu.

Tibull. lib. I. El. I.

Te bellare decet terrâ, Messalla, mariq;

Ut domus hostiles præferat exuvias.

Hæc etism ornamenta emrâ dōmo manebant, neque novo possessari fas erat illa refigere, ut cum curâ notat Rosinus Antiq. Rom. Ovid. III Trist. El. I non modò in more positum docet privatis sed & principum ædibus. Sic enim de palatio:

Singula dum miror video fulgentibus armis

Conspicuos postes tectaq; digna Deo.

Ornabantur autem ideo postes, ut majorum virtute parta suspenderent trophæa, quo incitamento ea essent, ne majorum gloriam desererent posteris.